

I. N. 3.

EXERCITATIO THEOLOGICA SOLENNIS

De

EFFICACIA
VERBI DEI,

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

*VIRO Maximè Reverendo, Magnifico, Amplissimo
atq; Excellentissimo*DN. JOH. ANDREA QVEN-
STEDT, Theologo, Doctore ac Professore Publico
celeberrimo, & Electoralium Alumnorum
Ephoro gravissimo,*Domino, Patrono, Hospite atq; Affine suo observanter colendo,*

PRO LICENTIA

Summos in Theologia consequendi Honores,
*publicè defendendam suscepit*M. JOHANNES MANITIUS, Elystra
Lufatus, Illustris atq; Provincialis Scholæ & Ecclesiæ
Portensis PASTOR, ac Vicinarum
INSPECTOR.*d. XX. Septembr. horis pro- & po-meridianis,*

In Auditorio Majori

WITTEBERGÆ,

Stanno WENDIANO, excudebat DANIEL Schmazer

Acad. Typogr.

7.

*Lith. Schmazer**Coll. Diss. A. 211. 6*Coll. diss. A
211, 6

EXERCITATIO THEOLOGICA SOLENNIS

DE THEOLOGIA

VERBUM

D. O. M. A.

PRELUDIUM

NIRI M. A. S. S. I. O. N. I. S.

DE THEOLOGIA

STEDT. BIBLIOTHEK



DE THEOLOGIA

SUMMA

DE THEOLOGIA

DE THEOLOGIA

DE THEOLOGIA

DE THEOLOGIA

DE THEOLOGIA

Quam certa vis sit verbi & efficacia
 Ex ordinatione Numinis pii,
 Hac disputatione, Fautor, comprobas.
 Res digna Te, Tuisq; digna dotibus!
 DEus secundet cæpta, in usum publicum,
 Ecclesiæ profliget, est quod comprecor

*Constantinus Ziegler, D.
 Acad. Rector.*

Quos sibi thesauros studio pietatis & artis
 Collegit virtus MANITIANA Sacra;
 In publicum gestit Mundi proferre theatrum:
 Dignius ut præstet Nomen honorq; facit.
 Pro meritis titulos feliciter ergo capebat.
 Successus faustos præbeat alma Trias.

Abraham Calovius, D.

Sermo Dei gladio quovis penetrantior, aures
 Afficit, atq; intus corda movere potest.
 Fulmina namq; Deus loquitur, quæ fulminis instar
 Obvia cuncta sonoperterebrare solet.
 Sint tua verba etiam mera fulmina, docte MA-
 NITI,

Ut saxosa hominum corda movere queant.

Johannes Meisnerus, D.

X 2

Eusebia

Eusebia Tibi meta patet postrema, MANITI,
Nec virtus, quò jam progrediatur, habet.
Jam Tua Theiologum percurrit cymba profundum,
Brachia Portuni nunc animosa subit.
Nec Te Scripturæ gazæ latuère, nec illa
Tela, quibus verum castra profana petunt.
Hinc quoq; DOCTORIS Te nobile laudis agalma,
Mitra manet, tempus quam Tibi ritè feret.
Ad summum verè sic portam pandit Honorem
PORTA Tibi; Tu illi pandis ad astra poli.

Ita

Admodum Reverendo ac Præcellenti
Domino CANDIDATO, Dn. Af-
fini & Amico longè charissi-
mo ex animo gratulatur.

P R Æ S E S.

Virtus in verbo residet divina Jéhoe
Nil Verbo Domini fortius esse potest.
Per Domini Verbum capeunt omnia, durante
Omnia per Verbum semper in esse suo.
Nam virtute sui verbi Deus omnia portat,
Sustentans Verbo cuncta creata suo.
Non nisi per Verbum res omnes Ipse gubernat,
Et vires rebus suggerit usq; bonas.
Imprimis virtute DEI Conversio nostra
Ex Verbo manat, mystica vita, fides.
Namq; fides Verbi factus, mysteria cuncta
Verbum notificans applicat usq; fide.
Omne bonum donum fortissima gratia Verbi
Efficit, & confert cordibus usq; bonis.

Talia,

Talia, VIR MULTUM REVERENDE, perinclyta Verbi
 Lumina demonstras rite, probante DEO.
 Atq; Gregem Christi deducis ad optima Verbi
 Pabula, quæ Vite robora plena ferunt.
 Hinc Dominus Messis Tibi tales donat honores,
 Quæis fidos servos condecorare solet.

*Plur. Rever. Dn. CANDIDATO
 felicioris ominis causa f.*

Johannes Deutschmann D.

MAnitius cathedram sanctam conscendit
 Amicus,

Doctoris quærens nomina magna sibi.
 Hæc ut contingant Illi feliciter, opte.
 Atq; ferant Christi commoda illi gregi.
 Nam quantò plures clades Ecclesia sentit,
 Tantò sunt illi plura precanda bona.

*Michael Wendelerus, enti Sac SS.
 Theol Doctor, Fac. mat. Te Affes-
 sor, Theol. P. P. Extraordinarius, ac
 Moral. Philos. PP. Ordinarius.*

AMpla suis Doctrina parit cultoribus ampla
 Munera; qv̄ dignis dignus abesset honos?
 Hic, Solies Studium; Porta mirata labores
 Est pietas: meritis utraq; dona tulit!
 Theologia tuum jam nobilitabit honorem:
 Tempore sic omni Clarus in Orbe clues!

*Clariss. Dn. Candidato
 apponeb.*

Christianus Trentschius

Log. & Metaphys. P. P.

X 3

Qua

Qua Te, MANITI, primùm sibi PORTA vocavit,
Illustrare gregi dogmata sacra DEI:
Illa Tibi Portas aperit, quæis culmen honoris,
Quem meruit Virtus, prosper adire queas.
Utere, nec cessa tanto nunc cardine rerum.
Cætera supremi Numinis addet amor.

In honorem Pl. Rever.

atq; Amplifs. Dn. Candid.

eg. ed.

Baltasar Stolberg/
Prof. Publ.

Adeste furv' triste Svvencckfeldi genus,
Seu pest' tis errorin Weigeli
Vos castra traxit, sive jusfit Cinglii
Partes ferocis, sive Moscorovii
Carlstadiive, sive Taukeri seqvi,
Aut Mo---e spata lingvæ lambere
Rathm' in ve æ spiritus vertiginis.
Est E Nis imas permeans cordis vias
Ore hinc & hinc acuto, & altos pectoris
Secans recessus, perq; rumpens viscera
Per & medullas, abditasq; judicat
Curas severus arbiter, Verbum DEI,
Divina virtus, Vita, Lumen, Spiritus,
Medicina, Semen, Nectar, Ambrosiæ dapes,
Felix perennis aura vitai bonis,
Idem perennis mortis est odor malis,
Divaq; semper pollet efficaciam.
En monstrat istam, monstrat efficaciter
Verbo Jehovæ tutus Efficaciam

Verbi

Verbi Jehovæ, & Impetus contra gregis
Pravi potenter vindicat MANITIUS.

*Bonæ fœvæ & benevolentie
testanda
f.*

SAM. BENEDICTUS CARPZOV.
Poëf. Prof. Publ.

Gnavus Theologies custos rigidus q̄ satellites
Cum plausu Pindi supremos carpit honores.
Quid faciam? Latorq̄ & grator amicus amico,
Ex meritis tituli: ex titulis sint præmia mille.

*Æstumatissimo MANITIO suo,
fratris instar dilecto, ex
animo appl.*

Augustus Pfeiffer / Lingg.
SS. & Orient. Prof.
Publ. Extr.

*Maximè Reverendo & Præcellenti
DNO. Candidato,
Conterraneo suo conjunctissimo, & amico
verè fraterno:*

Hactenus emensus vastissima limina Pindi,
Pulsas Eusebies culmina sacra piæ:
Scande triumphalem MANITI, scande Cathedram,
Sis Doct̄or soppies. Eusebiesq̄ gravis!

hæc fundebat

M. Simon Frider. Frensfelius,
Facult. Philos. adjunct.

Ad

Plurimum Reverendum Dn. CANDIDATUM, & c.

Succino: sit felix quæsit̄i nomen honoris!
Quæsit̄i meritis & pietate puto,

Dicant

Dicant multa alii, dicant multissima versu;
Hæc TIBI res felix dico aliisq; fuat!

*Ex veteris amicitia jure gratula-
bundus scrib.*

*M. Christianus Faseltus,
Coll. Phil. Adj.*

Sic Tibi crescentes, MANITI, grator honores,
Theologia ut semper stat pia cura Tibi.
Credemibi Divi vis vertens pectora verbi
Corda Patronorum conciliata dabit.

*Admodum Reverendo, Præcellentissimoq;
DN. CANDIDATO*

f.

*M. Christianus Röhrensee/
Coll. Phil. Adjunctus.*

Silicet ut corpus comitarier assolet umbra:
Sic & Virtutem Gloria certa comes.
Splendida laus sequitur, dum præcellere labores;
Venditenim sapiens quæq; labore DEUS.
Nil Natura adeò posuit sublime, quod acre
Non possit studium, curaq; multa sequi.
Et sublime nihil sequimur, Fortuna benigna
Quod non multigenâ laude beare velit.
Sæpius inde TIBI titulos, Reverende MANITI,
Fert meritis dignos Leucoris alma Tuis.
Nam *Naturata Nature* abscondita doctè
Scrutato Sophies Laurea ferta tulit.
Dum *Naturantis Nature* dogmata sancta
Nunc quoq; voluisti mente manuq; frequens,
Nomina Theiologi TIBI defert clara: quid indè?
(Gratulor,) en! paucò tempore DOCTOR ERIS.

l. m. g. oppon.

*M. Christianus Donati
Colleg. Phil. Adj.*



I. N. 7.

EXERCITATIO THEOLOGICA

De

EFFICACIA VERBI DEI.

THESIS ORTHODOXA.

HAbet VERBUM DEI, ex Ipsius DEI ordinatione & voluntate, etiam ante & extra usum legitimum, intrinsecam, divinam & sufficientem vim ac efficaciam ad spirituales & divinos effectus, cum gratiosos, ut regenerationis, conversionis, illuminationis, saluationis, tum punitorios, ut concussionis, mortificationis, damnationis &c. immediatè, verè ac propriè, supernaturaliter tamen producendos.

Observ. I. Ut in hac intricatâ atq; difficillimâ Controversiâ rectè progredi queamus, distinctè propositæ thesios I. SUBJECTUM, II. PRÆDICATUM, considerabimus. Subjectum est VERBUM DEI, per quod hic (α) non intelligimus λόγον ὑποστατικόν, *Verbum Personale*, quod ἐν ἀρχῇ, in principio omnium rerum fuit, Cœli, terræq; opifex, Joh. I. 1. 3. Genes. I. 3. Psalm. XXXIII. 6. æternum vid. ac unigenitum DEI Patris Filium, qui ἐξοχικῶς *Verbum DEI* vocatur, cum κατ' ἔσω, *ad intra*, respectu DEI Patris, ex cuius essentiâ ab æterno genitus est, tum κατ' ἔξω, *ad extra*, quoad creaturas. Quia interpres paternæ voluntatis & nuncius salutiferæ gratiæ in tempore factus est. Joh. I. 18 Hebr. I. 2. sed λόγον προφορικόν, *Verbum*, quod à DEO immediatè profectum, à Christo, Prophetis & Apostolis prædicatum, & postea à Sanctis DEI amanuensibus, & Spiritus

A

Spiritus

Spiritus S. natariis in Scripturis V. & N. T. relatum est. Quo ipso
excludimus Traditiones ἀρχαῖες, quas Pontificii, tanquam vel
directe a Christo, vel a Spiritu S. Apostolis dictatas & continuâ suc-
cessione in Ecclesiâ Catholicâ conservatas pro Verbo DEI non scripto
obtrudunt, supplementi loco Sacris Bibliis tanquam ὡς βιβλία
assuunt, & pari pietatis affectu & reverentiâ cum ipsâ Scriptura susci-
piendas esse contendunt. Vide Concil. Trident. Session. IV. c. I. Bellarm.
IV. de V. D. cap. III. Neq; (β) Verbum DEI h. l. accipimus materia-
liter, pro characteribus, apicibus, literis, syllabis in chartâ five
membranâ hærentibus, quibus Verbum salutis signatur & effingitur,
vel etiam pro sono & vocibus externis in aëre formatis, transeunti-
bus & evanescentibus, (quæ Verbi divini ὄχημα five vehiculum po-
tius sunt, per quod illud ad aures & postea in cor hominis transfer-
tur, quàm ipsum Verbum DEI) sed formaliter, pro conceptu &
sensu divino, pro mente DEI, consilio DEI, literis & syllabis in
scriptione & vocibus in prædicatione expresso & exhibito, qui con-
ceptus & sensus divinus κενός & propriè Verbum DEI est. Quo
respicere videtur Hieronymus in cap. I. Epist. ad Galat. inquit: Ne
putemus in verbis (scil. in se spectatis & seorsim sumptis) Scriptura-
rum esse Evangelium, sed in sensu, non in superficie, sit in medullâ, non
in sermonum foliis, sed in radice rationis. Non, inquam, accipimus
Verbum DEI materialiter, neque enim statuimus, ipsis literis, cha-
acteribus, syllabis aut vocibus, quâ talibus, vim quandam divinam
conversivam, regeneratricem, illuminatricem &c. subjectivè inesse,
aut inhære; Eò quidem dementiâ in primitivâ Ecclesiâ progressâ
sunt quædam imperitæ ac superstitiosæ mulieres, ut ἀπορροπαιαν seu
magicam quandam vim ipsis Scripturæ literis, syllabis ac vocibus
tribuerent, & ad illarum vel pronunciationem vel gestationem, vel
suspensionem, vel aliam aliquam usurpationem, quosdam humanis
viribus majores effectus produci v. g. morbos, dæmones, spectra,
aliaq; mala fugari & depelli posse existimarent; Eamq; ob causam
Evangelium, præsertim Johannis ex collo suspensum ferebant.
Consuetudinis hujus mentionem facit Chrysostomus Homil. XIX. ad
populum Antiochenum, Non cernis, inquit, ut mulieres & parvi
pueri pro magnâ custodiâ collo Evangelia suspendunt, & ubiq; circum-
ferunt, quocunq; abierint? Ad quæ verba Chrysostomi hæc annotat
Scho-

Scholiastes, Fronto Ducæus; *Hujus Consuetudinis Evangelii gestandæ meminit & homil. LXXIII. in Matth. cap. XXIII. v. 5. pag. 657. Phylacteria vocabant, ut sicuti multe mulieres modo faciunt, quæ Evangelia de collo suspendunt. Acriter in hunc morem invehitur Autor imperfecti in Mattheum Operis, quod sub jam dicti aurei Oratoris nomine circumfertur. Sic enim ait super illud Matth. XXIII. 5. Dilatant phylacteria sua, &c. Tom. II. Edition. Paris. Homil. XLIII. f. 272. quidam Sacerdotes aliquam Evangelii partem scriptam circum collum portant, sed dic Sacerdos insipiens, nonne quotidie Evangelium in Ecclesiâ legitur & auditur ab hominibus, cui ergo in auribus posita Evangelia nihil profunt, quomodo eum poterunt circa collum suspensa, salvare. Deinde ubi est virtus Evangelii, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bonè circa collum suspendis, si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt, quàm circa collum suspensa. Apertius hunc morem tanquam anilem superstitionem improbat S. Hieronymus, qui in jam allegatum Matthæi locum (de Phylacteriis, quæ Pharisei fronti & brachio aptabant ostentationis causâ & ut auram popularem captarent,) ita scribit: *Piëtatiôsa illa Decalogi Phylacteria vocabant, quod quicumq; habuisset ea, quasi ob custodiant & munimentum sui haberet, non intelligentibus Pharisæis, quod hæc in corde portanda sint, non in corpore. Hoc apud nos superstitiosa muliercula, in parvulis Evangelis, (sic vocat initium Evangelii præsertim Johannis, quod ex collo suspensum ferebatur,) & in crucis signo (solebant enim itidem tam mulieres quàm viri olim, tum reliquias primæ crucis, si quas nacti essent, tum imagines crucifixi è collo gestare.) & istiusmodi rebus (quæ habent quidem Zelum DEI, sed non juxta scientiam) usq; hodiè factitant; culicem liquantes, & camelum glutientes. Imò & Evangelium capiti admovebant ægrotautes, ut dolores capitis propulsarent. Cum caput tibi dolet, inquit Augustinus tractat. VII. in Johannem. Tom. IX. Oper. Colum. 66. laudamus, si Evangelium, ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cucurreris. (Sed non absolutè, verùm comparatè loquitur, statim enim addit,) Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum, & ita plangendi sunt homines, qui currunt ad ligaturas, ut gaudeamus, quando videmus, hominem in lectulo suo constitutum, jactari febribus & doloribus, nec alicubi spem posuisse, nisi ut sibi Evangelium ad caput**

A 2

poneret.

poneret non quia ad hoc factum est, sed quia praelatum est Evange-
lium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut quiescat dolor capitis, ad
cor non ponitur, ut sanetur à peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Pona-
tur ad cor, sanetur cor. Ad lectos quoq; suspendebant Evangelia,
tutelæ gratiâ, arcendis avertendisq; nocturnis illusionibus, spectris
& larvis, omnibusq; dæmonum insidiis & terriculamentis. Testis
iterum Chrysostomus est in I. Corinth. Homil. XLIII. ubi inquit;
Pauperum arculam domi faciamus, & juxta locum, in quo stas orans,
sita sit; & quoties ad orandum fueris ingressus, depone primùm eleemo-
synam & tunc emitte precationem: & sicut nolueris manibus illotis ad
orandum accedere, sic neq; absq; eleemosynâ. Etenim non est minus,
eleemosynam reconditam esse, quàm Evangelium suspensum esse ad
lectum. Nam si Evangelium quidem suspenderit & tu nihil feceris,
non adeò magnam accipies utilitatem, &c. Ita interpretatur Herve-
tus illud; ἄδεν ποστὰν ὠφελήσῃ. Alius interpres habet, Evan-
gelium isthic nihil agit suspensum, nec tantilla quidem virtutis est.
Magica hæc superstitio, quam jam olim Antiochena Synodus
damnavit, & S. Patres subinde, uti vidimus, reprehenderunt, ad-
huc hodie in Papatu viget, nec improbant eam magni Doctores Pa-
pistici; ut Alphons. Salmeron Tom. IV. in histor. Evangel. parte III.
quæst. IV. pag. 614. & Job. Maldonatus Com. in Johán. I. v. 1. Baro-
nius ad annum Christi 232. Num. XIII. dicit, sanctam, piamq; majo-
rum hanc fuisse consuetudinem, nisi accedente aliqua superstitione labe-
factetur. Scripturas enim S. è collo suspensas variis virtutibus
contra pericula, morbos, dæmones &c. præditas esse credunt, vimq;
ipsis sanativam & protectivam, sive apotropæam tribuunt. Sic Cor-
nelius à Lapide Com. in Epist. ad Rom. cap. I. v. 16. pag. 35. Evangelium
est virtus, inquit, & causa Instrumentalis salutis & vite non tantum fu-
tura, sed & presentis, idq; non solum voce, sed etiam scripto. Nam,
ut docet S. August. tract. 7. in Johan. Evangelii scriptus codex, cum
ægotis applicatur, morbos eorum sanat. Cum caput, inquit, tibi
dolet, laudamus si Evangelium ad corpus tibi apposueris, & non ad
ligaturam cucurreris. Rationem dat D. Thomas. 2. 2. quæst. 96. art. 4.
Verbum DEI, inquit, non est minoris efficacæ, quàm reliquiæ San-
ctorum: sed reliquiis utimur ad salutem; ergo pari modo, imò ma-
jori, ad eandem licet uti Verbo DEI scripto, sive Evangelio. Atq;
hinc

bina orta est consuetudo fidelium, ut Evangelium S. Iohannis contra
 venena, veneficia, morbos, aliq; incommoda gestent & circumferant.
 Hæc Cornelius. Sed quid de verbis Augustini sentiendum sit supra
 diximus, ratio, quam ex Thoma affert Jesuita, principium petit,
 ipseq; Thomas in Conclusionem allegati articuli inquit; *Verba divina
 ad collum suspendere, non illicitum omninò est, quanquam laudabilius
 esset, ab his abstinere.* Landolphus Carthusianus in historia Vitæ
 Christi parte II. cap. 63. *Verbum, ait CONSUMMATUM EST,*
*magæ efficaciam esse in periculis perhibetur, ab expertis. Et specialiter
 valere dicitur in immoderatum fluxum sanguinis de naribus, si cum eo-
 dem sanguine scribatur idem in fronte patientis.* Jodocus Lorichius
 in Thesauro novo Friburgi Brisgojæ Anno 1609. edito scribit; *Juvat
 quoq; contra Dæmonum infestationes apud se gestare imaginem S. Crucis
 aut Evangelium S. Iohannis.* Alia exempla Pontificiæ superstitionis
 notavit Job. Wierus Lib. V. de præstigiis Dæmonum cap. 4. *Martinus
 Delrio lib. III. Disquis. Magic. part. I. quæst. 4. sect. 3. pag. 449.*
 in collo suspensionem Evangelii Johannæi simpliciter non damnat,
 sed ob adjunctas circumstantias. Perstringit hunc idololatricum
 Verbi DEI scripti, & imprimis Evangelii Iohannis in Papatu abusum
 B. Lutherus Tom. II. Isleb. pag. 43r. fol. 2. ubi inquit; *Ein gewaltlicher
 Mißbrauch und Zauberey ist es auch gewesen/das man diß Evangelium
 S. Iohannis; In principio erat Verbum, auff ein klein Zedelein ge-
 schrieben / in ein Federkiel oder sonst eingefasset / an Hals oder anders
 wohin hânget. Item, wider den Donner / oder Wetter lieset / wie das
 im Pabstumb ist gebräuchlich gewesen. Uti itaq; hanc anilem & pa-
 pisticam superstitionem, ut nusquam in Scripturis institutam aut
 mandatam & à S. Patribus passim reprehensam prorsus improbamus;
 ita nullam vim & efficaciam spirituales ipsi literis & syllabis Scri-
 pturæ quâ talibus, aut voci Præconis externæ quâ tali, tribuimus;
 Falsò ergò accusat Beumlerus Calvinista D. Heilbrunnerum in Ge-
 genbericht contra illum pag. 319. seq. als wann Er Antichristlicher
 Weise hie schwermie / daß Gott der Heilige Geist seine eigentliche / we-
 sentliche und Allmächtige Würckung in die euserlichen Buchstaben / Syl-
 laben und Wörter oder in die Stimme des Predigers außgegossen und
 verborgen habe. Hoc enim neq; Heilbrunnerus, neq; ullus alius
 Lutheranorum unquam vel scripsit vel dixit. Frustrà quoq; M. Her-*

man. Rathmannus Minister quondam Dantiscanus nobis affingere
 allaborat, ac si Scripturæ S. prout in chartis extat, literis consignatæ,
 nec adhuc dum lectæ, & ita extra usum omnem considerata, h.
 e. ipsis literis in se, secundum suam essentiam literalem in chartâ ex-
 pressis, vim aliquam divinam tribueremus, sic enim inquit im Be-
 denkfen pag. 16. *Nos dicere, & ex nostris hypothesibus sequi, si Evan-*
gelium Johannis (potius literæ, quæ sunt signa Evangelii Johannis) *de*
collo suspendantur, tunc in illo latitare divinam virtutem. Confer
 pag. 17. 125. & 128. *Suenckfeldiana*, inquam, calumnia est, quod sta-
 tuamus, Efficaciam & virtutem quandam divinam esse physicè vel
 magicè affixam ipsis externis Bibliorum literis & apicibus, in chartâ
 vel membranâ exaratis, vel etiam externo Verbi sono in auras eva-
 nescenti. Sed ut orthodoxum defendimus I. Divinum Verbi Divini
 sensum, mentem & consilium DEI, in literis ac syllabis, itemque
 vocibus externis actu primo quasi latitare & ex literis ac vocibus
 actu secundo educi. Zum Beschluß erinnern wir auch dieses / verba
 sunt Theologorum Wittebergenf. in censura pag. 38. daß zwar der
 rechte Verstand in der Heiligen Schrifft / so fern sie materialiter genom-
 men wird / actu primo quasi latitare / und in den Wörtern als in seinen
 signis begriffen sey / wann aber derselbe actu secundo soll eruiret und
 gefasset werden / so muß das Lesen und Bedencken eines Christen darzu
 kommen. Die Schrifft hat die Meinung in sich und gibt sie von sich /
 inquiunt Theologi Jenenses in Censurâ pag. 113. II. Divinum Verbi
 divini sensum semper vi divinæ ordinationis & institutionis intimè
 sibi habere unitam vim, virtutem & potentiam convertendi, regene-
 randi, illuminandi &c.

Observ. II. Quando Verbo DEI seu S. Scripturæ vim & effica-
 ciam divinam effectus spirituales producendi tribuimus, non de solo
Novo Testamento, sed etiam de Veteri, nec de Evangelio tantum, sed
 etiam de Lege, id intellectum volumus. Veteris enim Instrumenti
 Scripta ejusdem sunt valoris & efficaciam cum Scriptis N. T. cum
 utraq; sint DEI Verbum & cum Originis, tum efficaciam ratione θεο-
 πνεύμα. Hinc Apostolus Paulus 2. Timoth. III. 15. & 16. τὰ ἱερὰ
 γράμματα, quæ Timotheus ἀπὸ βρέφους, à pueritiâ, inchoativè sc.
 cognoverat, nondum exstantibus eâ ætate N. T. libris, dicit esse
 δυναμικὰ ἡμᾶς σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, potentiam nos instruere ad salutem,
 live

sive efficax medium ad finem istum consequendum à DEO ordinatum. Et Christus ipse dicit ad Judæos, Joh. V. 39. Ex Scripturis V. T. vitam æternam haberi posse. Quod tenendum I. contra Photinianos, qui de Scriptura V. T. parum honestè loquuntur; Sic enim Valentinus Smalcicus contra Smiglecius de V. T. *Parum curandum est, quid dicat de cultu DEI Prophetæ V. T.* Theophilus Nicolaides adversus Miedzibozium; *Recipitur quidem, inquit, hoc testimonium Prophetæ, sed plus valisset, si Apostolus dixisset.* Et Faustus Socinus de autorit. Scripturæ cap. IV. *Quod si interdum, ait, in rebus ad fidem spectantibus est, quod Veteri Testam. utatur (religio Christiana,) ea doctrinæ pars tum nihil aliud, nisi historia censenda est.* II. contra Anabaptistas, qui Marcionitico quodam spiritu afflati parvi æstiment Vet. Fœderis libros. Et ut ad Judæos duntaxat, non verò ad Christianos pertinentes, velut istis inutiles traducunt, solosq; N. T. libros fidei vitæq; nostræ regulam esse censent. Mennonitæ docent in Confessione suâ Art. XI. *Omnes Christianos, quantum ad fidem attinet, debere se tantum necessario componere ad Evangelium Christi.* Et Joh. de Ries in Exhortatione suâ Amstelodami An. 1596. institutâ inquit, *Legem & doctrinam Moysi Christianos jam non concernere, nec illis cum eâ quicquam esse negotii.* Vid. Frid. Spanhemii disputationes quinq; Anti-Anabaptisticas de usu Scripturæ Veteris Testam. in Ecclesia Christianâ. Scriptura S. dividitur in *Legem & Evangelium.* At utriq; competit intrinsecè vis & efficacia divina. Nam licet Lex effectus gratiosos directè & per se non producat. Neq; enim per se medium est & organū, per quod Deus fidem in Christum accendat, & conversionem operetur, sed hoc potius Evangelio ascribitur, non tamen propterea litera mortua est, ut falsò Svenckfeldiani, & Papistæ contendunt, sed & suo genere efficax est, dum occidit, 2. Cor. III. 6. *ὁ θεὸς κατεργάζεται, iram operatur* Rom. IV. 15. *instar ignis urit, cruciat, absumit,* Deuter. XXXIII. 2. *instar mallei petras centerie* Jerem. XXIII. 29. & *instar gladii cuncta penetrat* Hebr. IV. 12.

Observ. III. Cum multa Verbo DEI accidant, ut quod vel *exteriorius* per literas, characteres & syllabas in chartâ signetur, oculis legatur, voce prædicetur, auribus hauriatur, vel *interius* animo comprehendatur, expendatur, memoriæ imprimatur, eâq; circumferatur,

tur,

tur, fide suscipiatur, meditatione piâ ac devotâvolvatur & revolvatur, asserimus, *Verbum DEI*, sive legatur, sive non legatur, sive audiatur, sive menti imprimatur, aut fide suscipiatur, sive non, semper & perpetuò esse efficax. Quæritur enim hîc, quid Verbo divino ratione substantiæ suæ, sive respectu naturæ & intrinsecæ qualitatis competat, non, quid ipsi in usu & actu prædicationis, lectionis, auditionis, meditationis (quæ Verbo DEI accidunt,) demùm forinsecus accedat vel adveniat.

Observ. IV. Licet detur in Verbo DEI scripto & prædicato aliquid *internum*, nempe conceptus seu sensus divinus, & aliquid *externum*, verba scil. signa & apices literarum, prædicationis, lectio, auditio &c. quorum illud formale, hoc materiale Verbi dicitur, hoc ipso tamen Verbum DEI non distinguitur specificè seu tanquam Genus in duas diversas & separabiles, actuq; separatas species, scil. in *Verbum DEI externum & internum*, cum omne id, quod est internum & externum, unum idemq; DEI Verbum, tanquam totum complexum constituat, & divinum ac efficax sit. Unde & Apostoli κήρυγμα, quod & literis consignavit, fuit ἐν ἀποδείξει πνεύματος ἁγίου δυνάμεως 1. Cor. II. 4. Nec verbum divinum, quod est in DEO ab æterno, in tempore verò mentibus Prophetarum & Apostolorum immediatè inspiratum, quodq; hodie in cordibus fidelium concipitur, fructumq; interius in homine producit salutarem, diversum est ratione formæ à Verbo, quod extrinsecus à Prophetis, Christo & Apostolis fuit annunciatum & postea in literas redactum, aut hodie à Verbi Ministris prædicatur, sed unum idemq; est Verbum DEI ratione essentiæ suæ, sive consideretur in ipso DEO & mente Spiritus S. sive in animo Petri, sive in vivâ voce Petri, sive in Epistolâ Petri, sive etiam in animo & ore Concionatoris, sive in auribus, corde & memoriâ auditoris. Rejicimus ergò discrimen inter Verbum externum & internum quod fingitur, & à plerisq; Hæreticis; Suenckfeldianis, Weigelianis, Enthusiasticis, Anabaptistis, aliisque Fanaticis, item Andrea Osandro, Guiljelmo Gnaphæo, Herm. Rathmanno, & Caspare Movio, imò Calvinianis & Pontificiis approbatur, quasi non illud, sed hoc tantum divinæ hujus Efficaciæ particeps sit. *Quoad distinctionem Verbi interni & externi Calvinismus, Anabaptismus & Suenckfeldianismus (cum Weigelianismo) unum est pulmentum*

mentum tribus patinis appositum, dicere est solitus Petrus Agricola
Consiliar. Palatin. Neuburg. referente D. Myslenta in Movio Hære-
tico pag. 74. Certè Caspar Suenckfeldius, nobilis Silesius, qui idipsum
editis in lucem compluribus libellis magno studio egit, ut Verbum
DEI, ordinarium salutis nostræ medium prorsus ex animis homi-
num eriperet & ab illo averfos ad suas speculationes & ἐπιθεω-
ρῆσις, sub prætextu manifestationis interni Spiritus converteret,
perpetuò distinguit inter Verbum externum, per quod Verbum DEI
scriptum & prædicatum, & internum, per quod modò Christum
ipsum, Verbum DEI ἑνωστικόν, modò Spiritum S. è cælo venien-
tem & afferentem secum virtutem, replentemq; corda fidelia, modò
singulares de rebus fidei revelationes divinas, immediatas & tacitas
angelorum inspirationes intelligit. Illi, ceu voci humanæ, sono
evanescenti & literæ mortuæ omnem vim atq; efficaciam divinam
derogat, huic verò, quod illi solùm verè & propriè Verbum DEI
est, eandem adscribit. Sic enim ait Tomo I. Oper. pag. 765. sive in
Tomo Centum Epistol. Epist. 90. Verbum externum est vox humana,
sonus, litera, vel concio, in quâ nulla virtus divina est inclusa, nec ad
eam alligata, &c. Porro inquit, Verbum externum hominis tantum
memoriam & aures replere, & æternum, vivumq; DEI Verbum, Je-
sum Christum notum facere. Et rursus, Verbum externum duntaxat
de verbo interno, quod est Christus, testari, monere, excitare, non au-
tem per illud, tanquam per medium dari remissionem peccatorum, cum
id soli Verbo interno, quod est Christus, competat. Idem ait; Scri-
ptura Prophetica & Apostolica est externum & corporale DEI Ver-
bum, & non Verbum DEI vivificum, quo anima pascuntur &c. Theo-
phraستي Paracelsi (cujus scripta tantis erroribus, superstitionibus &
Diabolicis inventionibus sunt referta, puta in iis, quæ fidem con-
cernunt, ut vix cogitari possint, detestabiliora) in Philosophiâ mysti-
câ hæc sunt emblemata; Nihil externum confert salutem, quocunq;
veniat nomine: Litera Scripturæ, seu Verbum exterius nullius est ope-
rationis: DEI Verbum, Christus & regnum ejus nullâ operatione ab ex-
tra infunduntur si non essent in nobis, frustranea forent omnes concio-
nes. Weigelius Suenckfeldii affocla, Verbum DEI itidem in externum
& internum dispescens hæc & alia παρὰ τὸ ἑξῆς in suis venenatis
libris proponit; Verbum scriptum & lectum esse inanem & mortuam
literam.

literam in papyro & auribus, sine ullâ efficaciam manentem & herentem.
 vide præfat. Postill. parte II. pag. 223. 224. parte III. pag. 84. 85. Parte
 II. Postill. pag. 238. ait; Die Heil. Schrift ist eine theure Gabe Got-
 tes/und über alle Schätze zu rechnen/ doch macht sie keinen selig / & Lib.
 I. γινώσκει σεαυτὸν pag. 34. inquit; sagstu mit den Unerfahrenen/der Buch-
 stabe sey Gottes Wort/ ja er finde bald den Geist in Buchstaben / so blo-
 ßtu kein Theologus, sondern ein Verführer. In Dial. de Christianis.
 pag. 13. Fürwar das eufere Mittel machet // noch Würcket nicht das in-
 nere/der Schatten machet nicht das Wesen / der Buchstaben würcket
 nicht den Geist. Talibus τερατολογίαις, seu monstrosis eloquiis dif-
 fluunt scripta Weigelii, quæ indigna sunt uberiore citatione. Videat-
 ur D. Thummius, in Impiet. Weigelianâ Errore VI. VII. VIII. IX. X.
 XI. & D. Feurbornius Faciscul. Dissert. Theol. VI. disp. III. th. 4. 5. 6.
Anabaptistæ quoque & in specie *Waterlandi Mennonitæ* in Belgio,
Hans de Ries, Reinerius Wybrandus, & alii, qui se Ecclesiarum unita-
 rum Doctores Amstelodami appellant, in libello contra Nittardum
 Obbes (vel Obbesium) propugnant aliud præter Scripturam S. Ver-
 bum DEI internum, non scriptum, quod aliquando internam allocu-
 tionem, instinctum, afflatum, inspirationem, infusurationem, reve-
 lationem &c. aliquando Christum, aliquando DEum, & Spiritum S.
 vocant, & per hoc solum regenerationem hominis fieri statuunt. Re-
 futant hoc somnium *Spanhemius* in Colleg. Anti-Anabaptistico di-
 sput. I. th. 30. *Cloppenburg.* in Gangræna Anabapt. disput. V. pag. 130.
 seq. Edition. in quarto, & in primis *Sim. Episcopus* in iudicio de Con-
 troversia; Quodnam sit ordinarium Conversionis medium parte I.
 Oper. pag. 372. seq. Geminum seu duplex DEI Verbum, internum &
 externum tuetur quoq; *Andreas Osiander*, im getreuen Nürnberg-
 schen Rathschlag/ quod Consilium Anno 1525. Norimbergæ Senatui
 proposuit, Regiomonti verò Borussorum Anno 1553. divulgavit. Per
 Verbum internum ipsummet Filium DEI intelligens, de externo
 DEI verbo ita disserit; das Wort/das man uns prediget / und Gottes
 Wort nennet/ das ist je nur eine außwendige Stimme/ und Menschlich
 Wort/das durchs Menschen Mund ein Anfang / und bald in der Luft
 wieder ein ende nimbt/das euserliche Wort ist nicht das inwendig/es ze-
 gets aber an und machts offenbahr. Usus etiam est *Herm. Rathman-
 nus* distinctione Verbi in internū & externum, sensu prorsus *Svenck-
 feldico.*

22

Sfeldico. Das Gott zweyerley Wort gegeben / ein euserliches und innerliches. Das euserliche in der Schrift mit Buchstaben verfasst / das innerliche in die Seelen der Propheten und Aposteln eingegeben und gewircket / solches behauptet M. Rathman so starck als er immer kan / und ist ihm hteran alle Macht gelegen / inquiunt Theologi Jenenses in Censurâ pag. 121. Verbum externum in legitimo usu constitutum ipsi est nuda litera, externa Scriptura, externus, oralis & ministerialis Verbi sonus, omni primo actu vel divinâ vi & potentiâ illuminandi, regenerandi & convertendi destitutus. Internum verò Verbum describit per legem vivam, id est, actu secundo viventem, per divinum afflatum, per flammam viventem & ardentem, per vitam, testimonium vivum Spiritus S. per regnum Christi (actu secundo) florens, per σοφίαν πνεύματος πικρῆς per vivum & permanentes Verbum, vivam & permanentem cognitionem animo Prophetarum inhaerentem, in Bedencken pag. 72. in copia demonstrationis pag. 2. in quæstionibus remissis, quæst. 3 & 4. im Gnadenreich a. 4. Ομόψυχος Rathmanno est Caspar Movius in Not. 5. ad th. 12. disput. Myslentæ, & in Confess. Latinâ proœm. pag. 2. ubi Verbo DEI *ωρολογικῶς*, seu, ut vocant, externo omnem intrinsecam vim & efficaciam divinam detrahit, interno verò, per quod vel Christum, Filium DEI, vel Spiritum S. vel DEI virtutem intelligit, unice adscribit. Svenckfeldianam quoq; distinctionem inter Verbum DEI internum & externum approbant quoq; ac tuentur pleriq; Calviniani, quod multis testimoniis demonstrat Heilbrunnerus in Svenckfeldio-Calvinismo. *Abstedius* in Distinctionibus cap. 2. Verbum DEI, inquit, est ἐνδιὰ τῆς καρδίας vel *ωρολογικῶς* i. e. internum vel externum: Illud in cordibus sonat, hoc aures ferit 2. Corinth. III. 3. Simili modo Scriptura S. est interna seu cordis, vel externa seu testamenti. &c. Et in Theologiâ Didactica sect. I. cap. 3. ait; Verbum DEI in specie est internum vel externum. Illud appellatur Scriptura cordis: istud Scriptura utriusq; Testamenti. Nec tantum discernunt Calvinistæ V. D. internum ab externo, sed & planè divellunt & cuilibet peculiarem & ab alterius operatione distinctâ & diversam actionem attribuunt, ut suo loco videbimus. Amplectuntur deniq; discrimen illud è Pontificiis Bellarminus Lib. I. de Gratiâ & Libr. Arbitr. c. XI. § 16. & cap. XIII. § 3. colum. 510. ubi *multum omnino interesse ait, inter gratiam interna suasionis & concionem externam* (verbi divini explicatoriam seu recitatoriam & lectionem.) *Concionem enim externam ad-*

enoveri auribus corporis, concionem internam auribus cordis (quo de
 vide B. D. Dorscheum, in Kirchero devio cap. II. §. 187. p. 505. seq. & in
 Pentadec. Disp. I. ex Esaiæ VIII. th. 37. pag. 59.) *Toletus* annot. XXIII.
 incap. VI. *Johan. Alphonsus Tostatus* quæst. XXV. in cap. 21. Matth.
Andr. Fabricius in Harmonia Augustanæ Confess. artic. V. quorum
 illos D. *Hulsemannus* Disput. III. de Auxil. Grat. quæst. I. num. 2. pag.
 175. hunc verò B. D. *Gerbardus* Tom. VI. LL. §. 252. allegant & per-
 stringunt. Usurpant quidem etiam nonnulli ex Noftratibus distin-
 ctionem hanc inter Verbum internum & externum, sed sensu sanio-
 re, & per Verbum externum accuratiori phrasi intelligunt exter-
 nam scriptionem, prædicationem, lectionem & auditionem, vide
Theolog. Saxon. in der wiederholere Lehr cap. II. pag. 38. Verbi autem
 interni nomenclaturâ ipsis venit sensus divinus internus Verbo ex-
 terno comprehensus. Vel externum dicunt, quatenus externo sen-
 su visus, vel auditus percipitur, internum verò quatenus intellectu,
 voluntate & affectibus acceptatur & in corde custoditur & con-
 servatur.

Observ. V. Et hæc circa Subjectum Theseos nostræ fuerunt ob-
 servanda. Circa PRÆDICATUM, quod est; *babet, vel est habens*
ex ipsius DEI ordinatione & voluntate etiam ante & extra usum legiti-
um, intrinsecam vim & efficaciam &c. distingvendum i. *inter efficaciam*
seu virtutem objectivam, representativam vel significativam & effi-
caciam sive vim & virtutem veram, realem & effectivam. Verbum
 DEI sive S. Scriptura ratione sui formalis sc. sensus divini, sive ut Ver-
 bum DEI est, secundum totam suam essentiam vel formaliter confi-
 deratum, non solum pollet virtute objectivâ & significativâ, ita ut
 externè duntaxat & objectivè homini repræsentet, ostendat aut
 monstrat, quæ sit voluntas DEI, quæ Ejus opera, quæ via ad vitam æ-
 ternam vera, quæ falsa, quæ fides, spes, charitas DEO grata &c. non
 secus ac statua Mercurialis vel manus lignea, aut alius τῆς ὁδοπορίας
 index, viatori iter commonstrat, aut tabula picta de certâ quadam
 persona nos commonefacit. Hanc enim virtutem signandi, repræ-
 sentandi & objectivè exhibendi cum quovis alio verbo scripto, lecto,
 prædicato Verbum Dei habet communem. Nam quemadmodum
 Verbum hominis est signum & index animi, quo mediante is sensa
 animi sui alteri communicat, significat & repræsentat, ita quoq; Ver-
 bum DEI *ὡς Φοεῖνον* est index voluntatis divinæ, quo significat
 DEUS.

DEUS & indicat, quid nos credere & facere velit. Sed hoc habet Verbum DEI scriptum & prædicatum, (sive ut Fanatici vocant, Verbum externum) præ quo vis alio sermone peculiare, quod pollet simul vi ac virtute divinâ effectivâ, verâ & propriâ, sive, quod est medium supernaturale efficax ad producendum effectus spirituales & efficiendum salutaria *ἀποτελέσματα* h. e. ut cor ipsum penetret, intrinsecus mutet, atque in eo conversionem, regenerationem & sanctificationem verè operetur, & realiter efficiat. Neq; enim solùm ostendit aut significat nos esse conversos & sanctificatos, sed est illa ipsa veritas, per quam convertimur & sanctificamur Joh. XVII. 17. non tantum ostendit, nos esse regeneratos, sed est ipsum Verbum DEI vivum, per quod regeneramur I. Pet. I. 23. Jacobi I. 18. Non tantum ostendit nobis salutem animarum, sed est sermo *ἐμψυτος δυνάμενος σωσαι*, qui potest reddere salvas animas nostras Jacobi I. 21. Rom. I. 16. Non solùm significat vel repræsentat objectum perfectionis Scriptura *θεόπνευστος*, sed facit hominem DEI, i. e. Doctorem Ecclesiæ *ἀγτιον*, perfectum & ad omne opus bonum *ἐξηρητισμένον* (ita communiter Græci habent Codd. ut testantur Erasmus & Beza) perfecte instructum, absolutum, 2. Tim. III. 16. 17. Non est *σημα*, vel *σῶμα* exanime, non picta Pugilum tabella, quam palæstris suis affigere foris solent, ut doceat, quid intus agatur, nec est instar hæderæ, quæ testatur de vino vendibili, quæ neque saporem homini indit, neq; potat eum. Sed est medium efficax, efficiens simul, quod significat, sive quod voluntatem secretissimè movet & effectivè confert ritè legentibus vel audientibus, quæ indicando offert, ut Christum, Christi meritum, fidem, & vitam æternam.

Observ. VI. Omnis Fanaticorum factio, quæ avorum & Patrum nostrorum memoriâ ex Orco prodiit sub detestando ductu & auspiciis *Svenckfeldii* in Silesiâ, *Paracelsi* in Helvetiâ, *Enthusiastarum* & *Anabaptistarum* in Belgio, *Coppini* & *Quintini* in Piccardiâ, *Weigelii* in Misniâ, *Ostandri*, *Fabiani Tekelii*, *Taukeri*, *Guilb. Gnaphæi*, *Rathmanni* & *Movii* in Borussiâ & Lithuaniâ, *Tremulantium* in Anglia, cum *Novis* ac *Cælestibus Propbetis*, *Photinianis*, *Arminianis*, *Calvinianis* & quibusdam *Pontificiis* Sacræ Scripturæ, quam, uti vidimus, Verbum Externum vocant, vim & efficaciam realem internam conjunctis castris & infestis signis invadunt, oppugnant, & labefactant, & non nisi objectivam, repræsentativam seu significativam

B 3

illi

illi relinquunt, ut partim ex hactenus dictis patet, partim ex iis, quæ
 porrò adducemus, manifestum evadet. Nam I. *Andreas Osiander* con-
 tendit im getreuen Nürnbergischen Rathschlag/ Verbum, quod legitur
 & prædicatur, quod externum vocat, esse Verbum tantum humanum,
 quod Christum ceu internum Verbum monstret ac manifestet,
 Gott zeige das innerliche Göttliche Wort an durch das euserliche II.
Svencfeldius Verbum DEI scriptum literam inefficacem ac mortu-
 am, & prædicatum inanem strepitum & sonum evanescentem esse
 clamat, atq; omni internâ vi & virtute spoliât, nihilq; operari dicit,
 nisi *objectivè* instar imaginis, Vide Tom. Epist. n. XI. Tom. I. Oper.
 pag. 319. Tom. II. pag. 779. Tom. III. pag. 231. 404. 453. libro de con-
 cursu Verbi DEI, de S. Literis &c. Item S. *Scripturam dici improprie*
DEI Verbum & per quandam μετανοία, accepto signo pro re signatâ
 lib. II. de Scriptura S. fol. 27. III. *Theophrasti Paracelsi* profana dog-
 mata supra, observ. IV. vidimus. IV. *Weigelius* S. Scripturæ non nisi
objectivam operationem tribuit, quod monstret, signet, significet.
 Im gülden Griff/ cap. 10. ait; die Schrift ist ein euserlicher Spiegel/ sie
 zeuget davon/ wie du seist/ schön oder greulich/ krank oder gesund/ sie ma-
 chet dich aber nicht also/ kan dir auch keine Kranckheit und Schmerzen
 weder stillen noch heilen V. *Entusiasta* & *Anabaptista* non agnoscunt
Verbum scriptum & *prædicatum* esse *Regenerationis semen*, sed *alius*
quoddam (supra Verbum scriptum) *Spiritus* & *Christi intus loquentis*
magisterium perfectionis spiritualis, quam non præscribat *litera*, vide
 Cloppenburg. in Gangræna Anabaptist. disput. V. pag. 130. seq. Edit.
 in quart. Confer ea, quæ supra de Waterlandis Mennonitis in Belgio
 diximus. VI. Novi Prophetæ qui Scripto DEI Verbo omnem
 divinam efficaciam & operationem derogant, quibusque Sacra
 Scriptura nihil aliud est, als ein a. b. c. und schriftlicher vergängli-
 che. Buchstabe/ ein Papiernes Wort/ vom Buchbinder in Schweinen
 oder ander Leder eingebunden; so zu allen unflätigen Sachen gebraucht
 wird; die an und vor sich selbst nicht reden könne/ die Menschen nicht be-
 fehren/ noch vor Sünden bewahren/ &c. Vide Ausführlichen Bericht
 von der Newen Propheten Religion / Lehr und Glauben Minister. Lu-
 bec. Hamb. & Lüneb. in der dritten Motiva, num 165. 166. & 167. VII. *Fa-*
bianus Teckel & *Tauker* Ao. xxxi. superioris seculi in Prusliâ hæc disse-
 minarūt dogmata, quæ jure merito τὰ βαρβάρων ἑσθησάντων appellam⁹ ex
 Apoc.

Ap. II. 24. *Externum Verbum non verè esse DEI Verbum, sed tantum effigiem ejusdem, & extrinsecè ac objectivè tantum monstrare viam ad æternam vitam, esse merum verbum humanum, donec ipse DEUS Verbis suum in cor humanum loquatur.* VIII. *Guilhelmus Gnapheus, qui Regiomonti Borussorum errorem Svenckfeldii disputatione cum Jobann. Brismano institutâ incrustavit, quem postmodum sequutus est Hermannus Rathmannus, minister Dantiscanus, qui hæc Svenckfeldiana deliramenta propugnat in quæstion. remis. III. pag. 14. Sacram Scripturam non esse ipsum Vivum Verbum, sed vivi Verbi seu οφείας τῆς Ἀπαρχῆς Prophetarum & Apostolorum menti inspirata, testimonium. Item, esse signum partim divine voluntatis & operum DEI, partim interni verbi, quod in animis Prophetarum & Apostolorum adduc est.* In scripto, Anno 1624. edito, cujus frons est, *Bedencken über D. Diederici Schwarmfragen pag. 93. seq. & im ungegründeten Bericht contra eundem p. 21. 22. 23. ait Verbum DEI οφείον in se & in essentiâ suâ & internâ perfectione consideratum tantum habere lumen objecti, historicum & instrumentale, (quod vocat das Schriftlicht, eiq; nihil aliud est, quàm sensus verborum Grammaticus,) non autem lumine subjecti & interno seu virtute illuminandi naturâ suâ præditum esse.* Et in præfatione des Gnadenreichs B. I. pag. 1. inquit; *So viel hat die Schrift / als Schrift (quæ reduplicatio Scripturæ τὸ εἶναι internum respicit) betrachtet in sich / daß sie zeuget / lehret / weiset objectivè, wie in einem wahrhaffigen Zeugniß / Gemälde / contrabactur oder Zeichen / was Gottes Wesen / Wille und unser Gebühr sey. In der Erinnerung pag. 20. die Heil. Schrift hat in sich lumen instrumentale seu objecti, ist der eigentliche buchstäbliche / Historische Verstand und Meinung in klärer Bedeutung der Wörter / das ist / der Schrift ihr Wesen / ihr essenß / welchem das principal Licht / Gottes Krafft / Allmacht / Leben Geist und Gnade im Lesen und Betrachten sich conjungiret. Nullam igitur aliam Scripturæ S. vel Verbo Lecto & Prædicato operationem tribuit Rathmannus, quàm objectivam & significativam, lumenq; tantum Grammaticum, historicum & instrumentale, quod ita appellat, lumen verò subjecti vel principale mentem elevans, dirigens, disponens &c. soli Spiritui S. vel Christo assignat: Lumen gratiæ præveniens ist Christus mit seiner Gnade / das ist das rechte Licht, inquit im Bedencken pag. 76. seq.*

confer

confer illius scripti pag. 18. 22. 48. 54. 67. 82. 97. 98. 204. itemq; libellum de regno Christi quaest. 1. & vide Collegium Anti-Rathmanianum *D. Behm* ad ζήτημα VII. thes. VII. seq. Comparat etiam passim Verbum DEI statuæ Mercuriali, indici, picturæ, signo, itemq; canali (instrumentis vid. planè passibilibus, otiosis, ἀέργοις) ipsiq; adeò Verbo lecto & prædicato omnem intrinsecam vim & efficaciam convertendi, regenerandi, sanctificandi &c. denegat. Non vult quidem videri, negare efficaciam Scripturæ, interim tamen ipsi nullam virtutem internam tribuit, & ideò solum inanimatis instrumentis, qualis est securis, canalis, malleus &c. eandem confert, & in morem ejusmodi instrumentorum tum demum eam operari vult, cum à Spiritu S. liberè accedente, instar securis elevatur & actuatur. Rathmanni vestigiis in plerisq; institit *Cassparus Movius*, Minister quondam Caunensis in Lithuaniam ut in sequentibus patebit. Hactenus recensitos Fanaticos sequitur hodie (IX.) *Tremulantium* (der Quäcker) turba in Angliâ, qui etiam DEI Verbum suâ internâ vi & virtute fanaticè spoliant, Im Stein / den die Bauleute verworffen haben / pag. 3. appellant Scripturam einen todten auswendigen Buchstaben. In dem Wege zu dem Königreiche pag. 5. garrunt der Buchstabe ist eine Anzeigung von dem Worte / eine Hülfe. Gott ist das Wort / Er ist eine Anzeige von dem Liecht / Christus ist das Liecht / Er ist eine Anzeigung von dem Geiste / der Geist aber ist nicht darinnen / eine Anzeigung von der Kraft / die Kraft aber ist nicht darinnen pag. 7. Eadem repetunt in der Standarte cap. 13. In dem mündlichen Gespräche haben sie beständig geleugnet / daß die Schrift Gottes Wort sey / oder die Rede des Herrn sey / sie haben geleuchnet / daß eine Göttliche Kraft in der Schrift sey / den Menschen zuerleuchten und zubelehren. X. *Photiniani* etiam nullam aliam Verbo scripto & prædicato, nisi significandi efficaciam tribuunt, sic enim *Moscorovius* in Catechismo cap. 6. de Baptismo; *Si naturam prædicationis externe, quatenus externa est, expendas, ea tantum aures ferit, neq; ultra aures extendi potest.* Nec aliam vim, quàm comminationes seu promissiones divinas objectivè significandi Verbo relinquunt. *Ostorodius* Instit. German. cap. 34. *Catechism. Racov.* cap. IX. pag. 267. *Volckelius* lib. V. cap. 18. pag. 546. XI. Participant quoq; de hoc perniciosissimo errore *Arminiani*. Certè in *Bodechero* ineptiente cap. II. §. 4. quando disertè respondendum erat;

Erat; an præter significationem objectivam promissionum & com-
 minationum divina quædam vis Verbo insita sit, non agnoscunt vir-
 tutem aliam Spiritus S., quàm *que in communicatione materia cogno-
 scibilis consistit, & que omni homini communicatur.* At hæc reverà
 nihil aliud est, quàm lumen naturale subjectivum, non lumen su-
 pernaturale objectivum, quod nos dicimus inesse Verbo DEI, quia
 Verbum DEI est, ut rectè docet B. D. *Hulsemannus* de Auxiliis Gra-
 tiæ disput. III. quæst. I. num. III. §. 3. pag. 178. X. *Pleriq; Calviniani*
 in *Svenckfeldii* castra abeunt, dum Verbo DEI prædicato omnem
 ferè vim spirituales & intrinsecam in hominibus convertendis, re-
 novandis, salvandis &c. disertis verbis derogant, illiq; tanquam
 nudo signo indicanti qualitatem rei concupiscibilis & significanti
 divinum mandatum, ultrà significationis usum nihil quicquam tri-
 buendum esse existimant, sive nullam aliam vim & virtutem Verbo
 DEI largiuntur, quàm materialem, seu objectivam significandi & no-
 tificandi, virtutem verò ipsam, quæ veritatem mentibus hominum
 instillet, & fidem efficiat, ponunt in immediatâ quadam Spiritus S.
 illabentiâ & influentiâ numero & naturâ non tantum distinctâ, sed
 & separatâ à Verbi operatione, ut postea pluribus demonstrabitur.
Johannes Jacobus Gryneus parte I. Theorematum Theologicorum
 in præfatione ad *Joachimum à Berg* inquit; *Evangelio, Baptismo,
 Eucharistia tribuitur remissio peccatorum, prout fert vocabulorum
 regis è ratio, que ita comparata est, ut instrumentis (bonestandi eadem
 gratiâ) tribuantur effecta, que alioquin propria sunt causa efficientis.*
 Et in disputatione de Eucharistiâ Heidelbergæ Anno 1584. habitâ
 thes. VI. Aphor. 4. sic scribit; *Meminerint pii, ministerio externo, ejus
 coonestandi ergò, phrasi sacramentali effectum ministerii interni hoc
 Pauli dicto (2. Cor. III. de ministerio Spiritus) aliisq; similibus tribui.*
 Assignat ergò *Gryneus* Verbo prædicato divina effecta, ejus cohone-
 standi ergò phrasi sacramentali h. e. non propriè, sed figuratè, scil. si-
 gnificativè, repræsentativè, ut signo & organo significanti, quod scil.
 significet saltem id, quod solus Spiritus S. suâ vi intus præstet. Audi
Joh. Calvinum lib. IV. Institut. cap. 14. §. 17. ita differentem; *Hic
 quoq; notandum est, quod externâ actione figurat & testatur minister,
 DEum intus peragere, ne ad hominem mortalem trahatur, quod DEus
 sibi uni vindicat.* *Joh. Oecolampadius* in scripto quodam Anno 1525.

C

edito,

edito, inquit, die Wort der Schrift haben die Krafft und Macht nicht
herzubringen/was sie andeuten/es were denn/das wir daraus wollen ein
Magiam machen / das menschliche Herz hat innerlich die Krafft der
Wort. Huldéricus Zvinglius parte II. Oper. in Exeges. Euchar. ne-
got. pag. 347. inquit; *Nos putamus fidem ex verbis hauriri non posse. Et*
in Confessione sua Anno 1570. in iphis Comitibus Augustanis Carolo
V. Imper. exhibitâ num. X. ita scribit; (pag. m. 254.) *Canonicè sive*
regulariter loquendo videmus, apud omnes populos externam prædica-
tionem Apostolorum & Evangelistarum sive Episcoporum præcessisse fi-
dem, quam tamen soli Spiritui ferimus acceptam, & num. VII. ait, ve-
hiculum Spiritui non esse necessarium. Theodorus Beza suam illam,
quam interdum Verbo prædicato tribuere videtur, efficaciam, hoc
modo declarat, parte II. Respons. ad Acta Colloq. Mompelgart. pag.
115. & 117. *Quod sermo audientes afficit, non arguit vim ullam aliam i-*
psis, quæ audiuntur vocibus inesse, quam res illas significandi, de quibus
dicuntur, quando Spiritus DEI solus suâ vi intus præstat ea, quæ per vo-
cem hominum declarat & tum verbis, tum adjunctis signis visibilibus si-
gnificat, & pag. 116. inquit; In regeneratione hominis (propter quam
dicit Apostolus nos esse DEI opus) valdè fallitur, & in DEum ipsum
injurius est, quisquis aut hominibus, per quorum os loquitur, vel ipsi ex-
terno DEI Verbo vel Sacramentalibus signis DEum existimat vel tantil-
lum divinæ illius suæ virtutis hominibus renovandis & eternâ vitâ in
Christo servandis attribuere. pag. 117. ibid. talem proponit regulam;
Verbo DEI & Sacramentis ultra significationis usum nihil quicquam
tribuendum esse. Eandem ergo vim tribuit verbo ἀκυσῶ vocali, & ὀ-
ρατῶ visibili, seu sacramentali, scil. merè σημαντικῶν non ἐνεργητικῶν.
Bucerus super Johann. Evang. pag. 138. *Libenter fatemur, inquit,*
DEum communi lege Verbum externum adhibere ad docendum suos,
sed quod propterea medium & instrumentum sit, quò detur Spiritus S.
& alia DEI dona, ex nullis S. Scripturæ locis probari potest. Confer
eundem pag. 139. & 140. pag. 190. scribit; *Errorem manifestum & au-*
ribus Christianorum intolerabilem esse, dicere, Spiritum S. & fidem dari
à DEO per ministerium Verbi & Sacramentorum. Idem Præfat. E-
pist. ad Ephes. A. 4. & seqq. cum Svenckfeldio palam negat; Ver-
bum & Sacramenta esse vehicula Spiritus S. & fidei. Dav. Pareus in
Exegesi doctrinæ Palatinæ pag. 80. & 81. asserit; *nullam vim aut ef-*
ficaciam.

efficaciam in Verbo illo externo inclusam aut ad illud alligatam esse. Deputati Ecclesiar. Frisicarum in Act. Synodi Dordrac. pag. 305. thesi 1. Ita statuunt; Fides, conversio & regeneratio nostra à DEO, ejus voluntate, arbitrio & efficaci intentione & gratiosa ejus externâ per verbum, internâ per Spiritum S. operatione, tanquam unicâ, solâ & proximâ causâ determinante, pendent, dantur & efficiuntur. Ubi notetur, quod non Verbi, sed solius Spiritus S. operationem urgeant. Sed huic enervationi Verbi Divini alii Calvinistæ contradicunt, ut Guiliel. Whittakerus Anglobritannus de Verbo DEI Controversiâ I. quæst. III. cap. XI. Tom. I. Oper. fol. 328. b. inquit; quod Scriptura in se habeat vim & virtutem, ut mentes nostras ad se rapiat, ut nobis penitus persuadeat, ut fidem nobis per se faciat. Chamierus, quem Scriptorum Polemicorum Coryphæum appellat Richard. Holdsworth Anglus in Prælection. Theolog. Lectione XXXVI. pag. 336. Panstrat. Cathol. Tom. I. lib. VI. cap. V. toto, quod Scriptura a se vim & efficaciam in corda habeat, prolixè pariter & eruditè demonstrat, judice B. Hulsemanno de Auxil. Grat. Disput. III. cap. II. quæst. I. pag 175. & David Pareus, sibi hac in parte contrarius in Thesauro Biblico ad dictum Hebr. IV. 12. & in Com. ad h. l. XIII. Quidam etiam Pontificii in significando & repræsentando efficaciam Verbi divini tantum ponunt; Sic enim Bellarminus, distinguens inter Concionem internam & externam, ut suprâ vidimus, loco ibid. allegato, videl. lib. I. de Grat. & Lib. Arb. cap. XIII. col. 510. porro ait; Externa (Concio) solum proponit objectum, sed non infundit lumen menti ad illud cognoscendum, neq; adspirat affectum ad illud diligendum. Vocant etiam Verbum DEI scriptum literam mortuam, rem inanem, ac mutam, vide jam dictum Bellarminum lib. I. de Gr. & Lib. Arb. cap. XI. & XIII. & Lib. IV. cap. XV. Toletum in cap. VI. Johan. annot. 23. Tostatum quæst. 25. in cap. 21. Matth. Ex his videre est, nihil tribuere Fanaticos, aliosq; Hæreticos & Heterodoxos Verbo DEI, quàm signandi, testificandiq; vim. Signum autem, (formaliter consideratum) gehet weiter nicht / (ut rectè hac de re differunt Theologi Jenenses in Censurâ pag. 113. 114.) als auff die euserliche Hülsen / der vorgemahlten Buchstaben / (darauff sich ein ungelahrter / der weder lesen noch schreiben kan / so viel verstehet / als der Blinde auff die Farbe) und berühret in wenigsten nicht den rechten Kern und Meinung / so die Schrifft in sich hat / und von sich gibt.

Observ. VII. Distinguimus II. circa prædicatum inter *Moralem suasionem*, (quæ definiente *Episcopo* cap. IV. Respons. ad Defens. Cameronis partis prioris Operum tom. II. pag. 232. b. nihil aliud est, quàm *motio*, quæ vim habet movendi voluntatem, uti argumenta & rationes modo communi movere solent) ac *veram*, & *proprie dictam efficaciam*. Verbum DEI non agit per nudas suasiones morales, sive per vim solùm plausibiliter persuasivam, proponendo nobis objectum amabile; Sic enim plus efficaciam non haberet, quàm habet Verbum merè humanum, cui etiam talis plausibiliter persuasiva vis inesse potest, sed agit etiam vero, reali, divino, ineffabili & amoroso influxu potentiam suam gratiosam, h. e. Non tantum moraliter animos hominum movet, more merè humanorum verborum, aut firmiter saltem svadet vel persuadet, sed efficaciter illuminat, convertit, sanctificat, salvat &c. præsentem & efficaciter in illo, cum illo, & per illud operante Spiritu S. In hoc enim consistit Verbi divini & humani differentia. Verbum humanum, verb. grat. Senecæ, Epicteti, Plutarchi &c. patheticè propositum efficax est moraliter, sive habet virtutem movendi & homines ad hoc vel illud impellendi, moralem & persuasibilitatem externam. Quando enim illi de informandâ vitâ, de corrigendis pravis moribus, de præmiis & pœnis, de conscientiam tranquillitate, de *ἀνταρξία* &c. differunt, quando ad fugam vitiorum adhortantur, vel casus aliquos tragicos enarrant, movent legentium animos. Sic *Augustinus* flevisse se fatetur scilicet ex motivo & *συμπυρξία* naturali, cum funestum Didonis fatum in *Æneide* graphico versu depictum, descriptumq; legeret, Confession. Lib. I. cap. XIII. Tom. I. Oper. col. 71. Sic Turci & Muhammedanicum spurcum & impium suum Alcoranum legendo percurrunt, mirâ religionis cujusdam specie lusi vehementer animo commoventur, ut tripudiant, ut fronte submissâ terram feriant, ut exclament, ut in ecstasin extra se rapiantur, ut gaudio ac dolore collachrymentur. Vide D. *Dannhaverum* Theolog. Conscient. Tom. I. part. II. Special. Dialogo I. Isagog. pag. 369. & 372. At non pollent ejusmodi humana scripta, sermones, dehortationes, commonitiones efficaciam internam & quasi connatam. Adeoq; hoc peculiare habet DEI Verbum, pro quovis alio sermone communicabili, quod nativam & insitam habet vim *σεσφινάγειον*, seu virtutem quandam divinam immutandi

mutandi

mutandi & convertendi corda hominum. Et hinc expressè distinguit Apostolus Paulus 1. Cor. II. 4. inter *πειθῆς αἰθερωπίας σοφίας λόγους*, persuasiones humanas & artificiosas, sive persvasorios humane sapientie sermones, & inter *διδασκῶν πνεύματος καὶ δυνάμεως*, live ostensionem Spiritus & virtutis. *Habet Verbum DEI*, inquit B. Hulsemannus Disput. III. de Gratia, quæst. V. th. V. §. 9. pag. 255. præ verbis hominum persvasoriis, quod persuadet auditoribus ea, quæ sensu humano non sunt analogæ, neq; intellectui, qui per sensus cognoscit, neq; voluntati, quæ gratum & ingratum ex analogiâ cum sensibus metitur, congruentia. Præclarè Origenes Lib. IV. *τῶν δευτέρων*, cap. 1. Si quis cum omni studio & reverentiâ, quâ dignum est, Prophetica scripta consideret, eo ipso dum legit, & diligentius intuetur, certum est, quod aliquo diviniore spiramine mentem sensumq; pulsatus agnoscat, non humanitus esse prolatos eos, quos legit, seu DEI esse sermones: & ex semetipso sentiet, non humanâ arte, nec mortali eloquio, sed divino (ut ita dixerim) cothurno libros esse conscriptos. Per hanc itaq; divinam virtutem & potentiam à quovis verbo humano etiam concinnâ ratione prædito distingvitur. Hinc Thessalonicenses *λόγον ἀκοῆς τῆς θεῆς*, Verbum auditionis, sive auditum DEI, ex Paulinâ prædicatione exceperunt, non sicut verbum hominum, sed ut verè erat, sicut DEI Verbum, qui etiam agit, inquit Paulus, in vobis, qui credidistis 1. Thessal. II. 13. Inde quoq; fuit, quod populus percelleretur supra doctrinâ Servatoris. Docebat enim eos, ait Evangelista Matthæus cap. VII. 28. ut habens autoritatem, non autem ut Scriba, quorum homiliæ erant frigidæ & elumbes, nec auditores afficiebant. Contra, Christi sermones vividi erant & validi, animosq; hominum ad assensum præbendum potenter commovebant. Hinc etiam *Præconium Verbi universum Orbem*, ubi quidem homines habitant, paucis annis occupavit, etiam si tabernaculorum opifices, piscatores, literarum ignari & idiotæ ubiq; gentium illud divulgent. Nihil autem detrimenti vilitas ministrorum attulit, quum prædicati Verbi vis omnia præoccupet & impedimenta amoveat, & proprias vires demonstrat, ut ait Chrysostomus Homil. in Natalem Dom. Tom. V.

Observ. VIII. Non nisi moralem svasionem Verbo DEI competere ex Calvinianis statuunt Gvilielmus Tviffse, Anglus, ita enim scribit in Animadv. in Cory. Defens. Armin. contra Tilenum Obj.

18. pag. 251. Verbi DEI operatio ultra institutionem & exhortationem non porrigitur. Pag. 252. Dicimus, Verbum esse instrumentum Spiritus in eruditione hominum circa ea, quæ credenda sunt, etiam in exhortatione ad fidem & resipiscentiam, ultra nequaquam porrigitur Verbi operatio. Et Rivetus in Isagoge ad Scriptur. S. cap. XXIV. Tom. II. Oper. pag. 995. Fatemur, inquit, Scripturam salutem in nobis non operari Physico modo, sed moraliter tantum, cum hortatur & suadet. Nicolaus Arnoldus in Vindic. & Conciliat. LL. Scripturæ V. & N. T. parte II. pag. 192. ad c. VI. Joh. v. 63. & 68. scribit; Verbum DEI prædicatum est Verbum vitæ æternæ, concurrente sc. efficacia Spiritus S. peculiari, quæ effectum illum producit; Aliàs enim Verbum DEI non agit, nisi promittendo, adhortando, debortando, suadendo, dissuadendo, consolando, terrefaciendo &c. quæ omnes actiones sunt morales. Et ad locum Rom. I. 16. pag. 275 ait; Est potentia DEI, moralis scil. quæ agit promittendo &c. non physica, largiendo & efficiendo physice. Arminianos statuere V. D. in hominis conversione non nisi moraliter suadendo operari, vel inde constat, quia in Confess. cap. I. §. 7. Efficaciam Verbi ex eo probant, quod solâ rationum persuasione & Spiritus demonstratione fuerit disseminatum. Remonstrantes in Actis Synodalibus Defens. sententiæ suæ circa art. IV. ration. 3. p. 61. Si Verbum, inquiunt, concurrat, ad conversionem, concurrat per modum instrumenti; Si concurrat per modum instrumenti, concurrat per sensus suos, quos in se habet Verbum: At sensus illi verbo comprehensi, non agunt, nisi OBJECTIVE (scil. per objectivam repræsentationem) & MORALITER, quia aliud nihil continent, quàm hortationes, promissiones, comminationes, suasiones &c. Unde necessario consequeretur, conversionem hominis fieri per actionem purè putè moralem. Hæc illi. Arminius autem Exam. Prædest. Perkins. & Orat. de Certitud. Theol. pag. 523. Oper. Verbum tantum per modum suasionis fidem donare asserit, quam suasionem postea, infra pag. 590. explicat per lenem & suavem & libero arbitrio convenientem seu congruam suasionem, oppositam omnipotenti actioni seu motioni, cui resistere homines nec velint, nec possint, nec velle possint. Corvinus in Cens. Anatom. expressè dicit, actionem Verbi, per quod regeneramur, moralem esse. Episcopus moralem suasionem apertis verbis astruit Respons. ad Defens. Camer. cap. IV. pag. 233. Vide quæ prolixè

prolixè contra Corvinum disputat *Molineus* in *Anat. Armin.* cap. XLV. Pontificii quoq; solam moralem efficaciam Verbo divino tribuunt, similem illi efficacitati, quâ humana consilia & suasiones efficiunt, ut quisquam alius, rem aliquam, quæ suadetur, velit, & eam præstet, quæ alia non est, quàm moralis, ut inquit *Bonfrerius* Jesuita in *Præloq. in Pentateuch.* cap. XI. pag. 41. a.

Observ. IX. Omne Verbum DEI veram, realem, & propriè dictam virtutem & efficaciam regenerandi, convertendi, illuminandi &c. unâ cum Spiritu S. perpetuò & inseparabiliter sibi conjunctam habet. Verbum enim DEI, quâ tale, ne fingi quidem potest sine divinâ virtute, aut sine Spiritu S. quia à Verbo DEI inseparabilis est. h. e. Gratiola Spiritus S. virtus & operatio ab hoc sanctissimo organo suo nunquã abest, sed eidem indiviso & indivulso nexu adfistit. Nam *Gratiola vehiculum Verbum DEI.* Hoc est, Spiritus S. ut causa principalis & Verbum, ut causa media simul operantur hominis conversionem, illuminationem, regenerationem &c. non tantum tempore, verum & naturâ. Spiritus S. quidem naturâ prior est divino Verbo, quâ revelato, aut non quæritur hoc loco, quid naturâ prius sit, aut dignius, sed quid naturâ prius agat. Spiritus S. semper & indivulso cum Verbo suo unitus est, vi *θεοπερευσιος*. *Theologi Wittebergenses* in *Censurâ Movio* transmissâ quæstione 2. rectè docent; *Spiritus S. semper conjungitur cum Verbo.* item; *Divina vis Verbo est interna, quatenus Spiritus S. non per assistentiam quandam vel ἐξέου, sed intimè Verbo connexus & suo modo unitus per Verbum operatur. Verbum absq; Spiritu S. non est DEI Verbum, nec potentia DEI ad salutem. Scriptura Verbum & Spiritum S. nunquam sequestrat, sed ita arctè hæc duo conjungit, ut Verbum ipse Spiritus & vita appelletur* *Joh. VI. 63. D. Nicolaus Hunnius* in *Literis ad D. Myslentam* 12. Septembr. Anno 1628. exaratis, *Unio, inquit, Verbi & Spiritus S. est perpetua, & ubicunq; Verbum est, illic Spiritus S. est.* Et *D. Calixtus* in *Disput. de Veritate unicæ Religionis Christianæ* Anno 1633. *Helmst.* habitâ thesi 31. inquit; *Eam vim, quam aliàs divinam gratiam, Spiritus S. opem, virtutem, ἐνέργειαν & testimonium, aut etiam supernaturale luxen appellamus, Deus suo Verbo adjunxit, & quasi indidit, nam quia cum eo arctè adeò coheret, ut ab eo nunquam penitus absit, imò sine eo nunquam adsit, ideo ipsius quoque Verbi esse, sive ipsi Verbo inesse dicitur.* Con-
juncta,

juncta, inquam, non solum sunt Verbum & Spiritus S. sed etiam con-
junctim agunt & operantur, id est, Gratiola Spiritus S. virtus & vis
ερεφικαδιδος ordinariè non operatur, neminè movet, aut salutarem
DEI agnitionem in animis hominum accendit sine Verbo aut citra
Verbum. Nec Spiritus S. in negotio illuminationis, conversionis,
regenerationis &c. prius agit & Verbum posterius, sed tempore si-
mul, scil. cum Verbo & per Verbum, ceu ordinarium effectuum spi-
ritualium medium. Der Heilige Geist gehet nicht im Handel der Be-
kehrung ordine naturæ dem Göttlichen Worte vor / inquit Decif.
Saxon. pag. 195. & 199. *Nam placuit DEO per stulticiam prædicationis,*
(i. e. per Verbum à Prophetis & Apostolis prædicatum, quod stul-
tum, vel stultitia infidelibus apparet, cap. II. 14. cum reverà maxima
sit sapientia) *salvos facere credentes.* 1. Corinth. I. 21. Et illi, pro qui-
bus Christus orabat Joh. XVII. 9. *credebant in eum*, quam fidem acce-
perant non per actionem Spiritus S. peculiarem antecedentem Ver-
bi prædicationem, sed *per sermonem Apostolorum auditum* v. 20. con-
fer Actor. XI. 14. Ideò dicitur Verbum *absolvere salutem animarum,*
Jacob. I. 21. *perficere hominem DEI* 2. Tim. III. 17. *regenerare* 1. Petr. I.
23. 1. Cor. IV. 15. *salvare* 1. Tim. IV. ult. Est itaque una & indivisa planè
numero actio, quæ efficienter est à Spiritu S. tanquam principali &
ab ipso Verbo tanquam instrumentali seu potius mediâ causâ. Con-
currunt enim & Spiritus S. & Verbum DEI ad unum Conversionis &
Salutis *πρὸς τέλος* perficiendum. Spiritus S. per ministerium Verbi
tanquam per *ὄχημα* & vehiculum quoddam sese insinuat in corda
hominum, nec sine illo, *αίματος*, siquidem de hodierno ordinario
Conversionis & illuminationis modo loquamur, in corda illabitur.

Observ. X. Interiorem Spiritus S. gratiam & operationem ab ef-
ficaciâ & operatione Verbi divellunt ac separant, eamq; ab hac non
solum ordine, sed & numero ac naturâ distinctam esse somniant I.
Calviniani. Opinantur enim Spiritum S. ordine naturæ operationem
Verbi præcedere, eandemque antevertere: Virtutem, quæ conver-
sionem & fidem efficiat, consistere in immediato quodam Spiritus S.
influxu, Verbum verò prædicatum nihil conferre ad hominis con-
versionem præter materiale seu objectivam notificandi vim, sive ef-
se ex se & naturâ suâ sonum cassum, qui exterius aures tantum feriat,
& quid DEUS per aliam actionem à Verbi actione & virtute distia-
ctam

tam & separatam facere velit, vel faciat, significet. Sic Calvinus
 lib. IV. Institut. cap. 14. §. 17. *Quaquam*, inquit, *DEum ipsum pra-*
sentissimam Spiritus sui virtute sua institutioni adesse non inficiemur, ne in-
fructuosa sit & inanis, quam ordinavit, Sacramentorum administratio,
interiorem tamen Spiritus gratiam, ut ab externo ministerio distincta
est, seorsim reputandam & cogitandam afferimus. Theodorus Beza in
 II. parte Respons. ad Colloq. Mompelgart. pag. 116. inquit; *Admi-*
nistros Verborum & Sacramentorum suas habere actiones distinctas,
proprietas, nec ullo modo cum Spiritus S. actione commiscendas, externas.
vid. Beumlerus im Gegenbericht wieder D. Heilbrunnern pag. 318. vo-
cat quidem DEI Verbum praedicatum efficax medium, non quasi per
istud & cum isto DEus operetur, aut Verbum ipsum in se sit divinis & sicut
Jesus Rom. I. 16. sed quod cum Verbo seorsim aut juxta Verbum DEus ope-
retur, vel Verbum tantum testimonium praebeat istius rei, quam intus
DEus peragit: atque ita non veram & propriam operationem, sed tan-
tum operationis a Spiritu S. per peculiarem & distinctam actionem
in Electis jam factae nudam significationem & representationem seu
testimonium Verbo DEI externo, ut vocant, assignant, Vide Menze-
rum in Exegesi A. C. artic. W. Gerhardum Tom. VI. LL. de Minister.
Eccles. §. 251. Giessenii Calvinismum disput. XIX. D. Wellerum p. m. in
Anti-Massonio parte I. Disputat. X. & in articulo I. ultimam pag. 334.
seqq. In Act. Synodi Dordrac. Judic. Provincil. Theolog. pag. 268.
deputati Zuydt-Hollandici de 3. & 4. articulo Remonstrantium th.
III. rej. 3. Rejicimus, inquit; Verbum Evangelii semper sibi habere
adstantem Spiritum S. ita ut nulli offeratur externa Verbi praedicatio,
cui non adsit interna Spiritus operatio. Unde & pag. 328. refertur inter
errores damnatos, docere, praedicationem Evangelii Spiritus S. opera-
tionem habere conjunctam, item; DEI Spiritum nullum in nobis robur
ad conversionem ordinariè efficere, nisi per Verbum, Et pag. 268. jam
citata statuunt, Gratiam externam (in Verbo scil. oblatam) actu esse
separatam ab internam in iis, qui reipsa & actu non convertuntur. Hinc
B. D. Hulsemannus de auxiliis Gratiae loc. cit. quaest. II. pag. 191. Cal-
viniani, ait, excludunt omne intercedaneum medium, quod se ex parte
causae efficientis instrumentalis habeat, ideò Verbum operationi divinae
non surrogant, ut causam subordinatam & per dependentiam a superiori
agentem, sed planè disparatam atque alterius generis, quae scil. tantum

D

con-

confistat in representatione objecti credendi, & naturâ & numero actionem distinctam edat ab actione Spiritus S. immediatâ. Per hanc separationem Spiritus S. à Verbo vel in unico tantum actu semina Enthusiasticis seri, ac verbi officium ac necessitatem annullari, certum est. Hæc ille. II. Svenckfeldiani & qui hos sequuntur, Rathmannus & Movius quorum emblemata hæc sunt; Unionem Spiritus S. & Verbi esse externe accidentariam. Ἐξουτικὴν & quovis momento separabilem, instar unionis θεὸς ἔργον cum securi: Spiritum S. operari & effundere in intellectum conceptus singulares sine cooperatione Verbi. Lumen principale mentem elevans, applicans, disponens, esse Christum, idq; ordine naturæ præcedere Scripturæ lumen. Spiritum S. operatione suâ Scripturam ordine naturæ antevertere. Spiritus S. illuminationem in ipso Conversionis, regenerationis & sanctificationis actu naturâ Verbo priorem esse, Verbumq; præcedere, vide Rathmanni Bedencken contra Theodor. pag. 58. 76. 82. & 204. Movium in Confessione pag. 32. 33. Sed aliud est, causam aliquam antevertere effectum, quod omninò largimur, siquidem causa vel actio agentis suo effectu naturâ prior est. Et aliud, causam antevertere medium in productione effectus, hoc est, quod negamus. Causa enim principalis & media, quantum ad effectum producendum, agunt conjunctim & simul naturâ, adeoq; non est quæstio, an Spiritus S. vel etiam Verbum aut utriusq; actio ipsam salutarem Scripturæ perceptionem, sive, ut clarius dicam, an illuminatio activa seu actus illuminandi, illuminationem passivam humanorum cordium, antecedit, sed an Spiritus S. ἀμέσως, an verò per Verbum eandem largiatur, & simul cum Verbo eam operetur. Seminans vel manus feminantis ipsam feminationem antevertit aut præcedit, sed feminans non sine manu vel ante manum h. e. manus operationem sive concursum seminat. Et licet concedat quandoq; Rathmannus, DEUM vel Spiritum S. cum externo Verbi ministerio vel potius juxta illud hominis conversionem operari, negat tamen actionem & operationem Spiritus S. & Verbi in Conversione, & illuminatione hominis unam eandemq; esse; & Spiritum S. & Verbum ad unum ἀποτέλεσμα producendam, non quidem separatis, distinctis tamen actionibus concurrere contendit, sic enim inquit in dem Bedencken pag. 85. 86. Gott würcket / in / durch / bey dem Dienst der Prediger / doch also / daß hier
die

due actiones distinctae, zwey Wirkungen zu unterscheiden / aber nicht von einander zutrennen sind / wenn der Mensch bekehret wird. Idem pluribus propugnat in der Demonstrationis copia A. 3. pag. 2. & in der Erinnerung pag. 37. 42. 43. 49. *Est hinc non solum quaedam vel conjunctio aut unio distinctarum actionum vel etiam unitas ὑποτέλεσμάτῳ*, sive effectus aut ἐνεργήματῳ statuenda, sed etiam unitas ἐνεργείας & operationis. Spiritus S. enim non distinctè quid agit, & Verbum aliud quid distinctè in hominis ἡμίσχοφῃ, sed unâ eademq; actione, unum effectum & ἐνεργήμα producant. Ea namq; causarum, principalis & subordinatæ intrinsecè sibi unitarum natura est, ac indoles, ut unâ eademq; actione effectum perficiant. Sic anima & oculus unicâ actione vident, non distinctis actionibus. Sed Rathmannus nudam tantùm adessentiam vel præsentiam Verbi credit circa hominis conversionem & illuminationem, non verò causalitatem vel simultatem causalitatis, (quæ tamen fundatur in unitate divinæ virtutis in verbo & Spiritu S. quæ una est & eadem,) vultque Spiritum S. non tantum naturâ prius, sed etiam solum operari hominis conversionem, illuminationem ac salutem.

Observ. XI. Habet Verbum DEI prædicatum, lectum, auditum divinam illam vim, & efficaciam non solum inseparabiliter additam, ita ut nullo unquam tempore aut loco ab eo separari possit, sed etiam divinitus inditam, quia θεόπνευστον est, & DEUM auctorem habet, divinumq; sensum sive νόον τῆς χρείας continet. Hoc est, illa vis & efficacia Verbo divino intrinseca, naturalis & de essentiâ ejus est, aliàs divinum non esset. *Unum cavendum est*, monet *Hulsemannus ὁ μακαρίτης* tractat. de Auxil. Gratia, Disput. III. Quæst. V. th. V. § 9. pag. 255. *ne statuatur hæc divina vis abesse ab ullo Verbo prædicato, aut non pertinere ad essentiâ Verbi DEI.* Et paulò post inquit; *Hæc divina vis, non solum tempore non est separanda ab ullâ actione Verbi DEI, sed est ei naturalis & de essentiâ Verbi divini, aliàs divinum non esset, ut supra quæst. I. thes. 6. 7. prolixius demonstravimus.* Rectè *D. Nicolaus Hunnius* in Literis ad Myflentam 12. septembr. Anno 1628. ait; *Virtus salvifica Verbo semper inest per se, & formaliter, non igitur Virtus illa est quiddam in usu humano superveniens, sed perpetuò & essentialiter coexistens, imò Verbum οὐστικῶς & ἰστικῶς ingrediens, juxta illud Apostoli Verbum DEI est potentia*

DEI. Sic docent *Theologi Saxonici* in *Decisione hujus Controversiæ ultimâ*, autoritate *Electoris* anno 1629. institutâ; Die *Krafft* *zuerleuchten* *steht* dem *Worte Gottes* *innerlich zu* / pag. 16. 17. Sie ist ihm gleichsam *eingewurzelt* / pag. 20. die *Göttliche Erleuchtungs* und *Befehrungs Krafft* *gehört* zur *Beschreibung* und *Vollkommenheit* der *Heil. Schrift* pag. 26. 21. die *innerliche Befehrungs Krafft* im *Worte* ist eine *Eigenschaft* des *Worts* pag. 87. 88. und zwar eine *wesentliche Eigenschaft* / also daß diese *Krafft* die *Eigenschaft* und *Natur* des *Göttlichen Worts* *sey* / und ohne dieselbe das *Wort Gottes* als das *Wort Gottes* nicht *stehen könne*. pag. 121. daß die *Göttliche Krafft* die *Menschen lebendig zu machen* der *Heiligen Schrift* *innerlich* und *auff gewisse Weise zu reden* / *wesentlich sey* / &c. *D. Job. Tarnovius* in *Disputatione quadam de Scriptura*, hæc verba ponit, (quæ citantur à *D. Mislenta* in *Movio Hæretico* pag. 305. *Non dicimus, divinam hanc virtutem à Spiritu S. Verbo ita esse communicatam, ut quasi concreata ab ipso veluti physicè & naturaliter resultet (sic enim Verbum ore prolatum deificaretur per idololatriam) sed quod ex consilio DEI hanc vim habeat inditam. Virtus convertendi Spiritui S. propria est, & naturalis, eiq; principaliter attribuitur, Verbo autem ceu instrumento suo modo, ex divinâ ordinatione communicatur realiter. Utuntur quidem nonnulli nostrorum Theologorum in hac controversiâ voce essentialis, sed ut cuilibet patet, opponunt illum terminum accidentali, quovis momento separabili & contingenti & quasi Spiritus & Verbi, quam Rathmanniani somniant, ut postea videbimus. Nihilq; aliud volunt, quando potentiam illuminandi & convertendi Verbo DEI dicunt esse essentialem, quàm quod ea ipsi sit 1. interna sive intrinseca, 2. perpetua, 3. inseparabilis, 4. necessaria, ex necessitate divinæ ordinationis 5. ad integritatem & internam Verbi divini perfectionem pertinens, gratiosè tamen, mysticè, communicativè & per dependentiam à divinâ ordinatione, *D. Behm.* in *Collegio Anti-Rathmanniano* ad *ζήτημα XI. Rathmanni*, (quod sic habet; *Cum virtus convertens sit Spiritui S. essentialis, quomodo possit esse essentialis Scripturarum dictis & sententiis, quæ solùm ὄχημα & vehiculum Spiritus S. statuuntur,*) respondet thes. 1. esse *equivocationem in voce essentialis, in priore propositione vocem essentialis convenire cum voce substantialiter, simulq; independentiam involvere &**

hoc.

hoc intendere, Spiritum S. ut absolutissimam & perfectissimam substantiam, virtutem convertendi à nullo alio, sed à se ipso habere essentialiter, substantialiter, naturaliter, independenter. In posteriori propositione vocem essentialis id tantum intendere, virtutem convertendi divino verbo, quæ divino, esse intrinsecam & inseparabilem, virtutem hanc ad integritatem & internam verbi perfectionem pertinere, communicativè tamen & dependenter, quin imò mysticè & praternaturaliter vi liberrimæ divinæ ordinationis. Confer. th. 3. Idem rectè docet ibidem ad ἑνότητα XXVIII. th. 8. Quod unionem Spiritus & Verbi attinet, inquit, ea durabilis est, inseparabilis & perpetua, & ita Spiritus S. gratiosa potentia ad internam Verbi perfectionem pertinet. Quod si finxeris DEI Verbum sine ἑοπτὸς ὁσία vel (quod idem est,) gratiosâ Spiritus S. unione, DEI Verbum ἑοπτὸς ὁσὸν sustulisti. Quid enim est Verbum DEI, ut DEI: Divina est divino Spiritu animam ἀποπόστα, vel emanatio ad hominem. Unde sequitur, DEI Verbum sine ἑοπτὸς ὁσία non dari. Quod probè contra externam, separabilem & ἀσυστάτην unionem Spiritus S. & Verbi, quæ à Rathmannianis hodie in Ecclesiâ profœcium introducitur, notandum.

Observ. XII. Distingvendum itaq; hic inter vim & efficaciam adventitiam, ambulatoriam, sive in ipso usu & actu prædicationis & lectionis demùm Verbo forinsecus accedentem; & vim & efficaciam nativam & intrinsecam, sive ipsi Verbo intimè inhaerentem & naturalem. Non priori sed posteriori modo Verbum DEI dicimus esse efficax, h. e. sive Verbum DEI legatur, si non legatur, sive audiatur & fide percipiatur, sive non, ista tamen divina efficacia & vis producendi effectus spirituales semper intrinsecè Verbo DEI inest, ex divinâ ordinatione & communicatione, nec demùm forinsecus advenit, quando prædicatur, auditur, vel fide percipitur. DEUS enim communicando Verbo suo æternos & divinos suos conceptus, communicavit, & indidit etiam illi divinam ἐνεργεῖαν, vim & efficaciam, ut effectus divinos possit producere. Neq; enim Verbum DEI, ubi planè non vocatur in usum lectionis aut meditationis, Verbum DEI esse definit, siquidem in æternum manet Es. XL. 8. 1. Petr. 1. 25. & est incorruptibile 1. Petr. 1. 23. Sacramenta & Verbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, inquit Augustana Confessio artic. VIII. Huc pertinent elegantissimæ Metaphoræ, quibus

bus *ἐνεργητικὴ* vis & efficacia Verbi divini à Spiritu S. in Scriptura
 depingitur. Confertur enim cum *SEMINÉ* vivo & incorruptibili
 1. Petr. I. 23. *Renati non ex femine corruptibili, sed incorruptibili, per
 sermonem DEI vivum & permanentem in æternum. Cum semine ul-*
trò & ἀπομάτωσ fructificante, hominibus nescientibus Marc. IV. 26.
 27. 28. Luc VIII. 4. cum *IGNE* penetrante, Jerem. XXIII. 29 cum *OLEO*
emolliente & VINO latificante, Luc. X. 34. cum *CIBO* aut *PANE*
nutriente, Deuter. VIII. 3. Matth. IV. 4. cum *PLUVIA* & rore hu-
meclante, Deuter. XXXII. 2. Es. LV. 10. II. cum *LUCERNA* illumi-
nante Psalm. CXIX. 105. 2. Petr. I. 19. cum *MEDICAMENTO* sanante
 Sapient. XVI. 12. cum *MELLE* recreante, Psalm. CXIX. 103. cum
UNIONE fortificante, Matth. XIII. 45. 46. &c. jam verò omne se-
 men in se habet vim sive congenitam virtutem fructificandi, etiam
 ante & extra omnem usum, quam suo tempore exerit, scil. in terram
 jactum ex se germinat, in altum surgit, fructificat *primùm herbam,*
deinde spicam, & plenum fructum in spicâ Marc. IV. 26. 27. 28. *σπέρμα*
ἃ λέγεται ἃ τὸ συνεσπαρμένον ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὴν δύναμιν τῆς τε-
λεότητος Ⓞ, *Semen dicitur ab eo, quod in seipso consistam habeat vim*
perfectiōis, quam suo tempore exerat, inquit Etymologicus. Fides,
spes, charitas & totus ille virtutum chorus implicite in semine illo
spirituali veluti in glande magna quercus latet, perq; vim proli-
ficam spiritualem afflante Spiritu Domini ramos suos in homine ex-
plicat, ut inquit Crocius in Syntagm. pag. 220. Verbi divini, quò di-
vinum est, & à quo vis alio verbo contradistinctum, actus naturalis
est, esse vivum & efficax & penetrare ad divisionem anime & Spiritus.
Hebr. IV. 12. Et eadem est natura verbi divini, quæ seminis, cui infi-
eum est, germinare, crescere, fructum proferre &c. Marc. IV. 27. in-
quit B. D. Hulsemannus in Repetit. Art. IV. Form. Concord. An
B. O. sint necessaria ad salutem c. 2. quæst. I. Aphor. I. pag. 147. Ignis
habet vim & facultatem inflammandi, comburendi, calefaciendi
planè intrinsecam; Oleum vim emolliendi & Vinum vim recreandi
& latificandi in se continent. Panis & cibus habet in se vim nutri-
endi, alendi. Pluvia & imber intrinsecè, perpetuò & inseparabiliter
habet vim rigandi & humectandi, antequam decidat & actu hume-
ctet. Lucerna potentiam illuminandi. Medicamentum vim sa-
nandi. Unio vim cor corroborandi, ante & extra omnem usum
 &c.

&c. Ita quoq; Verbo DEI, virtus divina non extrinsecus in ipso de-
 mum usu accedit, sed DEUS in primâ Ejus institutione ipsi virtutem
 istam indidit, ut sit medium sufficiens conferendi homini faculta-
 tem credendi, ipsumq; convertendi, regenerandi, salvandi. Adeoq;
 in se & per se, intrinsecè ex divinâ ordinatione & communicatione
 efficaciam & vi conversivâ, regeneratrice & illuminatrice præditum
 est, etiam ante & extra omnem usum. Per se, inquam, partim re-
 spectu sui primi ortus, quo à DEO est, DEIq; Verbum, DEI poten-
 tia atq; sceptrum fortitudinis Domini. Psalm. CX. 2. partim *divinæ*
ordinationis, quâ DEO sapientissimo placuit non absolutè & sine or-
 ganis, sed potius salutari suo Evangélio, tanquam ordinario medio
 illuminationis, conversionis & salutis effectus in nobis producere.
 Disertissimè Spiritus S. Es. LV. 10. 11. *Quemadmodum*, inquit, *de-*
scendit imber & nix de cælo, & illuc non revertitur, sed inebriat ter-
ram & gignere facit eam ac germinare & dat semen serenti & panem
comedenti, sic erit verbum meum, dicit Jehova, quod egredietur de
ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed facies, quod volo & pro-
sperabitur in his, ad quæ misi illud. Autor imperfecti Operis in Matth.
 hom. XX. ait; *Pluvia est doctrina, quia sicut pluvia terram irrigat,*
ut proferat fructum, sic doctrina hominem irrigat, ut justitiam opere-
tur. Dionysius, quisquis ille sit non quidem ὁ Ἀρεοπαγίτης, autor
 tamen, ut videtur vetustissimus, Epistol. IX. ad Titum, διο καὶ δεύ-
 σω, inquit, καὶ ὕδατι τὰ θεῖα καὶ νοητὰ λόγια καὶ γάλακτι, καὶ οἴνω
 καὶ μέλιτι παρεκάζεται διὰ τὴν ζωογόνον αὐτῶν ὡς ἐν ὕδατι δύναμις,
 καὶ αὐξητικὴν ὡς ἐν γάλακτι, καὶ ἀναζωτικὴν ὡς ἐν οἴνω, καὶ καταρτι-
 κὴν ἅμα καὶ φρονητικὴν, ὡς ἐν μέλιτι, ταῦτα γὰρ ἡ θεῖα σοφία δωρεῖ-
 ται τοῖς περὶ σὺν ἀφθόνων αὐτοῖς, hoc est, *Et rori & aquæ, & lacti*
& vino & melli, divina spiritaliaq; scripta & verba comparantur, simi-
liaq; dicuntur esse propter vim & procreandi, ut aqua, & augendi, ut
lac, & recreandi, ut vinum, & purgandi pariter & tuendi, ut mel, hæc
divina sapientia largitur iis, qui ad eam accedunt. Imprimis lucis
 & ignis dulcissima imagine δύναμις & ἐνέργεια Verbi divini pingi-
 rur. Lucis aspectus omnes vires corporis & animi excitat. Ignis
 ἐνέργεια τὸν omnium elementorum est, naturâ vivax & efficax; Sic
 Verbum, DEI est Lux, orta à Sole justitiæ & luce illâ Jesu Christo &
 salutaris ac ardens lucerna, quæ exhilarat nos pressos sub nocte &
 tenebris

tenebris legis, crucis &c. accendit in mentibus hominum lucem
agnitionis DEI sapientiam & notitiam, & excitat in cordibus fidem,
justitiam & veras consolationes.

Observ. XIII. Cum itaq; S. Scriptura seu Verbum DEI scriptum
virtute divinâ polleat intrinsecè, per se & ex ordinatione & commu-
nicatione divinâ etiam ante & extra omnem usum, imò ἐνεργητικὴ
illa vis & efficacia ipsi naturalis sit & ad internam ejus perfectionem
pertineat, falsum est, quod asserit *Rathmannus*, scil. Efficaciam illam
Verbo DEI esse externam, quovis momento separabilem & merè
ἐξωθεν, sive von aussen / Spiritum S. cum suâ virtute sese
conjugere Verbo. (werde bey und zugefüget) in mente demum, ani-
mo vel corde hominis, & id in usu demum legitimo vel salutari. Sic
enim *Rathmannus* in der Erinnerung pag. 13. Im rechten heilsamen
Gebrauch conjugiret sich Gottes Kraft/ Leben/ Geist und Gnade der
Schrift Zeugnis oder dem Buchstaben und wird zugefüget (ἐξωθεν
scil.) pag. 44. die Bekehrung flusst aus der almächtigen Krafft
Gottes des Vaters/ Sohns und Heil. Geistes / und wird im lesen / er-
wegen und betrachten der Heiligen Schrift im Gemütthe conjugiret/
welche Heil. Schrift nicht wircket die Krafft der Bekehrung / so we-
nig eine Art wircket die Krafft des Menschen / der die Art führet.
Im Bedencken pag. 49. Die Art hauer nicht / wo nicht der Holzhauer
der Arten erstlich eine Krafft und Nachdruck gebe / die Schrift bekeh-
ret nicht / wo nicht der Heil. Geist das Gnadenlicht und seine Krafft zur
Schrift bringe. Fanaticè etiam statuit *Caspar Movius*, *Rathmanni*
socius, Verbo DEI non competere virtutem illuminandi in se & per
se, sed ex peculiari, accessoriâ, ambulatoriâ & arbitrariâ præsentia &
operatione Spiritus S. non ante & extra usum, sed tantum in legiti-
mo suo usu, hoc est, in usu demum accedente Spiritus S. elevatione
virtutem eidem imprimi. *Virtutem illuminandi & convertendi Ver-
bo DEI tum demum à Spiritu S. indi & donari in suo usu*, inquit, in Di-
scursu Theolog. F. 4. *extra usum legitimum non esse instructum virtu-
te salvificâ sive actu primo, sive actu secundo.* Epist. 2. B. 2. vim con-
vertendi ab extra Verbo DEI accedere, idq; tum elevari à Spiritu S.
Apolog. pag. 107. Sed audiamus ipsa ejus Verba, Im rechten Ge-
brauch kompt die Göttliche Bekehrungs-Krafft zum Wort von aussen
und gehöret nicht zum Wesen des Worts/inquit in German. Confess.
cap. 9.

cap. 9. pag. 45. Es ist kein absurdum, sondern die rechte Wahrheit/wenn man sagt/das Gottes Wort von aussen im rechten Gebrauch vom H. Geist werde gemacht zum lebendigen Werkzeug der Seligkeit. Das Gnadenlicht des Heil. Geistes oder die Erleuchtungs-Kraft komme von aussen zum Worte Gottes / Virtutem illuminandi Verbo DEI esse adventitiam forinsecy asserit quoq; in Chartâ diffamatoriâ (cont. D. Behm) G. 3. p. 1. H. 1. pag. 2. H. 2. pag. 1. In Confessione Germ. c. 8. p. 38. inquit Movius; Ausser dem Gebrauch hat Gottes Wort die Krafft der Befehring nicht bey sich weder actu primo, noch secundo. In Discursu Theologico F. 2. pag. 1. dicit; *Nullâ Scripturâ, nullove DEI Verbo probabitur ante & extra omnem usum Verbum DEI in se actu primo habere potentiam convertendi & illuminandi.* In notis ad 2. Disput. D. Myslentæ Colleg. Pruten. num. 12. ad thes. 16. & 24. Rathmanni errorem ita defendit; *Scripturam S. intrinsecè sibi habere indicam potentiam producendi effectus supernaturales, locutionem esse novam, in Scholis Theologorum inauditam, cum Verborum ἰκονομασίαν pugnantem, quinimò aperte falsam, impiam, hæreticam.* Confer Movium Hæreticum D. Myslentæ pag 52. & 102. Atq; ita Movius cum Rathmanno reverà unionem tantum ὁμοουσιότην Spiritus S. & Verbi ac merè accidentalem statuit, non verò virtutem Spiritus S. Verbo DEI divinitus inditam ipsiq; intrinsecam & à Verbo DEI inseparabilem esse agnoscit, nedum ullo modo essentialem, sive à priori, sive à posteriori. Die Gleichnisse des Rathmanni (adde & Movii) gehen alle dahin auß / das die Heilige Schrifft nur ein euserliches werckloses Zeichen sey / *vudam saltem, eamq; externam ὁμοουσιότητα & assistentiam insinuant, Verbumq; DEI ἐνεργεία & efficacia privant, inquit Theologi Witteberg. in Censurâ suâ.*

Observ. XIV. Ut verò hunc suum errorem stabiliant I. prætendunt, Verbum DEI, vel Scripturarum dicta & sententias esse solum ὄχημα & vehiculum Spiritus S. adeoq; ipsi Verbo DEI efficaciam divinam non esse naturalem sive intrinsecam, sed Resp. Non tam ipsum Verbum DEI, accuratè loquendo, quàm externum Verbi ministerium vel externam & ministerialem Verbi ὁμοουσιότητα esse ὄχημα vel vehiculum Spiritus S. II. ὁμοουσιότητα & separabilem Spiritus S. & Verbi unionem probare conatur Rathmannus ex verbis Germanicis Litaniz, *deinen Geist und Krafft zum Worte gebe / vide Rathmann.*

E

con-

contra Dieder. pag. 15. & in der Erinnerung pag. 34. Verum & hic Verbi voce ministerialis Verbi dispensatio sive externa Verbi prædicatio intelligitur. III. quando asserimus, Spiritum S. hoc in more habere positum, ut Verbum suum *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ* comparet cum naturalibus rebus, virtutem in se semper & perpetuò habentibus, reponit *Movius*; conferri Verbum cum semine, quod seminatur & actu in agrum spargitur; cum pluviam & imbrem in terram decedente, cum pane, qui editur, cum aqua, quæ bibitur, cum carbone splendente &c. quæ omnia usum necessariò importent. *Verbum DEI*, inquit, in Discursu Theologico F. 4. pag. 2. comparatur semini, imbri, pluviam, pani, aquæ &c. non absolutè ante & extra omnem usum, sed in legitimo suo officio constitutum: Et post pauca, G. I. p. 1. ait; Sicut enim semen, in agrum sparsum vim in se habet fructificandi, ita quoque Verbum DEI lectum, prædicatum & auditum, adeoque ut semen spirituale in corde hominis sparsum & seminatim vim habet hominem convertendi, ut homo tanquam bona arbor fructus ferat. Et sicut pluvia in terram decedens habet vim humectandi, ita Verbum prædicatum & in cor hominis decedens habet vim spiritualiter irrigandi & emolliendi. Item ut panis comestus vim in se habet nutriendi, aqua hausta vim sitim pellendi, ita Verbum DEI lectum & prædicatum vim habet animam hominis cibandi & potandi spiritualiter. Deinde inquit; Non sequitur, vis prolixa semini naturalis est, è formâ seminis naturaliter & necessariò fluens, item vis nutriendi panis naturalis est, vis pellendi sitim aquæ naturaliter inest, Ergò etiam virtus vivifica & salvifica Verbo DEI est naturalis, è formâ Verbi naturaliter & necessariò resultans. Respond. *Movius* subordinata inter se opponit, & uno posito alterum excludit; sic enim ratiocinatur; Theologi dissentientes scribunt; Verbum DEI lectum, auditum, prædicatum comparari semini, pluviam, pani, aquæ &c. Ergò eo ipso innuunt; Verbum DEI tantum in usu lectionis, auditionis, prædicationis comparari semini, pluviam, pani, &c. extra hunc verò usum Verbum DEI non comparari semini, actu in se vivo, item pluviam, pani, quæ ante usum vim in se habent humectandi & nutriendi. Quæ illatio vana est & absurda, scilicet in subordinatis ab unius positione ad alterius exclusionem seu negationem velle argumentari. Ergone, Verbum DEI in se ratione *θεοπνευσίας* consideratum ante humanum lectionis, prædicationis, auditionis usum,

semini

femini, pluvia, pani comparari non poterit, vel non erit in se vivum? αλόγως & ἀθεολόγως consequentiam nectunt Rathmanniani ab efficaciam Verbi in humano usu ad negationem efficaciam Verbi extra usum. Probet Movius tantum ratione illius tertii Verbum DEI cum semine, pluvia, pane &c. comparari, quatenus semen actu in agrum spargitur, pluvia actu in terram decidit, panis actu editur. Sanè sicut semen non solum in usu & in agrum coniectum, sed etiam extra usum in horreo jacens, nativam suam habet virtutem & efficaciam; ita quoq; spirituale & incorruptibile illud semen, Verbum scil. DEI, ante & extra usum intrinsecam vim & efficaciam habet ad effectus divinos producendos. Rectè *Theologi Gryphiswaldenses* in *Censurâ*; Ist das Wort Gottes im Beses ein Göttliches Feuer/im Evangelio ein Göttlicher feuchtender und die Herzen der Menschen fruchtbar machender Regen / also auch ein Göttlicher Same / so erfordert es ja die Analogia similitum, das in dem das Wort Gottes einem Feuer/ Regen und Saamen verglichen und durch diese Dinge seine Art und Natur uns repräsentiret un zu erkennen/von Gott vorgestellt wird/das sagen wir/das Wort Gottes des Feuers/Regens un Samens Art und Natur an sich haben muß. *Quamquã ex comparativis Scripturæ locis, in quibus scil. supra adductis similibus efficacia Verbi Divini declaratur, non tam ad inessendi modum, quam ad inessendi perpetuitatem, eamq; vi divinæ ordinationis necessariam argumentemur. Inquit porro Movius; loc. alleg. F. 4. p. 2. Lucerna propriè non est, nisi ardens in se lumen habeat, & aliis præluceat, pluvia non est, nec imber est, nisi decidat; carbo ignitus non est, nisi in usu ferveat & candeat. Respond. Verum quidem est, lucernam propriè non esse, nisi ardens in se lumen habeat, falsum verò, Lucernam propriè non esse, nisi aliis præluceat. Siccine Lucerna sub modio posita & occultata ac ad usum non adhibita non erit lucerna propriè sic dicta? Pluvia quidem non est, nec imber est, nisi decidat, est tamen materia pluviosa cum actu primo humectandi in nubibus, antequam pluvia vel imber decidat. Carbo ignitus in cineribus delitescens etiam ignitus est, & in se actum primum ignitionis habet. Ignis enim actum primum ignitionis ferro & carboni communicat etiam extra usum. Verbum DEI lucerna est, idq; semper & perpetuò, propter spirituale illud lumen, tum objecti, tum subjecti, quod in se habet.*

Et DEUS Verbum suum, spirituale illum imbrem semper stillat vi-
gratiosæ ordinationis semel factæ &c. IV. excipiunt Adversarii,
Verbum DEI non solum igni, imbri, semini, aliisque rebus intrinse-
cam & nativam vim agendi habentibus à Spiritu S. comparari, sed
etiam cum instrumentis & rebus merè passivis, utpote cum *malleo*,
Jerem. XXIII. 29. *baculo*, vel *pedo pastoritio* Psal. XXIII. 4. *sceptro*
Psal. XLV. 7. &c. quæ agunt non per intrinsecam quandam virtu-
tem, sed ex elevatione & conjunctione cum causa principali seu agen-
te superiore, utpote à quo ultrà naturales vires eleventur. *Respond.*
I. distinguendo inter modum operandi & actum operationis; quan-
do Verbum DEI igni, imbri, aut semini comparatur, modus ope-
randi simul insinuat, at si malleo, baculo aut sceptro confertur,
præcisâ speciali operandi ratione solus efficientiæ actus exprimitur.
Sicut malleus conterit, baculus ducit & ferit, sceptrum dirigit &
castigat, sic quoque Verbum DEI. Est etiam Verbum divinum velu-
ti dolabra, quâ dura & nodosa corda aut complanantur, aut com-
minuuntur, Hos. VI. 5. 2. Largimur, malleum extra usum non ha-
bere in se vim conterendi actu primo, id quod non de hoc solum,
sed & de omnibus artificialibus instrumentis in se inanimatis verum
est, sed tale quid de Verbo DEI sine impiâ absurditate statui nequit,
quod in se vivum est, & efficax semper actu primo, & propterea ple-
rumque cum instrumentis vel rebus in se animatis & vim actu primo
semper habentibus in S. L. comparatur. Confertur DEI Verbum
cum malleo, at est malleus Spiritus vel Spiritu S. animatus, quo-
modo & *Gladius spiritus* dicitur Eph. VI. 17. Itaque connexio instru-
menti & causæ principalis indicatur etiam eo ipso, cum Verbum
efficax esse adstruitur. Quando itaque Jehova apud Jeremiam dicit,
Verbum suum esse veluti malleum, qui conterit petram, eo ipso in-
sinuat, eam esse vim Verbi divini, ut etiam nolentes intus in con-
scientiâ corripiat & hac suâ efficacia testetur, DEI, non hominis
Verbum esse, ut docet B. Hulseman. in Notis ad h. l. pag. 576. Rectè
D. Dannhauerus in Vale Triumphal. Melchiori Cornæo misso p. 74.
inquit; *Nec temerè in S. Literis toties efficacia verbi divini, cum effi-
caciâ causarum naturalium & instrumentalium comparatur, cum plu-
viâ, rore, tonitru, fulmine, igne, maximè etiam cum gladio, ut signi-
ficetur analogia aliqua cum actionibus illiusmodi ordinariè efficacibus.*
Observ.

Observ. XV. Cum itaq; DEUS Opt. Max. Verbo suo in primâ
 Ejus institutione per suam gratiam indiderit istam virtutem, ut sit
 medium sufficiens illustrandi mentes hominum tenebrosas, & vo-
 luntatem à malo ad bonum flectendi, conferendi supernaturalem
 credendi facultatem, & ut possit salvas facere animas nostras, Jacob,
 l. 21. non opus habet DEUS, tanquam causa principalis, quando su-
 pernaturales illos effectus per Verbum actu producere vult, *novâ &
 peculiari elevatione Verbi sui ultra ordinariam efficaciam, jamdum ipsi
 inditam*, prout *D. Georgius Calixtus* existimat in Epitome Theolog.
 pag. 175. ubi *Verbum DEI causam ejusmodi instrumentalem dicit, quæ
 non attingat effectum per se, sed ad effectum producendum elevetur à
 causa principali ULTRA propriam suam & naturalem virtutem.* Et
 in Append. Dissert. de quæst. Num Mystrium Trinitatis in V. T.
 fuerit cognitum, thes. XXXI. ubi sigillat verba *B. Hulfemanni*, quæ
 habet in Breviario cap. XI. thesi 4. videl. *Per Verbum & Sacramenta
 mediante ordinariâ ipsorum efficaciam non elevatâ ad tempus conferrî
 homini facultatem credendi & applicandi sibi justificationem. Hocq;
 addit, aut Pelagianum esse, aut Pelagianismo valde affine, scil. di-
 cere, hanc esse naturalem & ordinariam Verbi divini efficaciam,
 Verbo DEI, ut Verbum DEI est, inditam, ut non solum significet
 voluntatem dicentis, nec solum svadeat, sed etiam corda conver-
 tat, ex lapideis carnea faciat, fidemq; generet.* Idem insinuare
 velle videtur *Ludov. Crocius* Syntagm. L. 1. cap. VIII. pag. 217. quan-
 do ait; *Verbum per modum instrumenti ac luminis à Spiritu S. accensi
 ac ELEVATI illuminare, &c. & pag. 218. Sacra Scriptura effective
 confert, quæ indicando offert, ut DEUM, Christum & vitam ater-
 nam, sed EXALTATA & in vivam operationem à Spiritu S. deducta.*
 Ast enim verò *Svenckfeldiana* deliria sunt, Spiritum S. toties Scri-
 pturam, vel DEI Verbum elevare ad modum passivi & inanimati
 instrumenti, quoties Scripturâ vel Verbo suo utitur ad salutarium
 effectuum productionem, uti *deud egrôp* & securim elevat ad finden-
 dum ligna. Cum enim DEI Verbum ex *Svenckfeldianorum*, *Rath-
 mañianorumq;* opinione extra humanum usum potentiam conver-
 tendi actu primo in se non habeat, & hoc respectu mortuum quid sit
 & exanime, sequitur exinde hoc paradoxum, Verbum in se vel ra-
 tione sui mortuum & inanimatum toties à Spiritu S. ad modum pas-
 sivi,

sivi, ut vocant, instrumenti, instar mallei & securis de novo per operationem forinsecus supervenientem elevari & per elevationem animari ac vivificari, quoties ad humanum usum adhibetur. Sed Verbum DEI, uti toties dictum, sufficientem divinam vim & virtutem ad supernaturalium effectuum productionem vi divinæ ordinationis actu primo in se semper habet, ut instrumentum vel potius medium in se vivum & *θεοτιμωσία* semper animatum, adeoq; in usu humano non opus habet elevatione propriè sic dictâ ad modum instrumentalium & merè inanimatorum instrumentorum. Rectè Theologi Jenenses in Censurâ Dantiscano Senatui transmissâ docent; *DEI Verbum non demum in humano usu potentiam convertendi consequi per cœlestem quampiam Spiritus S. influentiam, vel assistentiam, vel accessum sive superventum ab extra.* Cum enim supremus gradus *ενεργεία*, seu efficaciam ad regenerationem, conversionem &c. necessariam, Verbo DEI jamdû sit concessus & in primâ Ejus institutione inditus, ut inde hæc efficacia sit divina, summa, potentissima virtus & potentia, quid ergò opus est novâ elevatione & novâ concessione alicujus potentiam & virtutis ultrâ eam, quæ jamdum illi indita est & sufficiens ad finem assequendum, ad quem Verbum DEI, tanquam medium est ordinatum. Sicut enim Sacramenta, ut constant re terrenâ & cœlesti, quæ per primam à DEO factam institutionem sunt elevata ultrâ conditionem actionum humanarum & merè naturalium, sunt efficacia media, per quæ Deus gratiam homini confert, collatam auget & obsignat, ita ut non sit opus novâ aliquâ ad hunc finem obtinendum elevatione, à DEO tanquam causâ principali præstanda; ita quoq; quia Verbum DEI jam semel ab ipso elevatum est, & constitutum medium sufficiens regenerationis & salutis, nulla planè indiget nova elevatione, ut obtineat effectum, ad quem assequendum à DEO semel est destinatum. *Si demum in usu à Spiritu S. ipsi imprimeretur vis divina, necessum esset, toties ordinari ad effectum salutarem, quoties adhiberetur, & virtus illa quovis momento à Verbo esset separabilis, imò dependeret eadem ab usu humano, siquidem ante & citra usum Verbum DEI virtute illâ destitutum fingatur, ut rectè docet maximè Reverendus Dn. D. Calovius, Collega & Compater meus devenerandus in System. Theol. Tom. I. Gener. cap. IV. de Scriptur. quæst. XXIV. pag. 712. Instrumenta quidem merè naturalia, ut baculus*

lus

Ius Moſis, Virga Aaronis &c. quando adhibita fuerunt ad ſupernaturales effectus producendos, exaltanda fuerunt ultra propriam ſuam & naturalem virtutem, h. e. necesse utiq; fuit, ut ad iſtam novam & vires eorum excedentem actionem etiam vis nova, motus novus à principale agente accederet, illaque ad altiorem illum effectum producendum ſublimarentur. Aſt cum Verbum DEI ſit instrumentum, vel rectius medium ſuâ eſſentiâ ſupernaturale & à DEO productum, eſſiciâ & virtute ſufficienti præditum, divina ſcil. ſumma & potentiffima. Abſurdum ergò, novam elevationem velle exigere, præcipuè cum hac ratione vis & eſſicacia Verbo DEI deberet aſſignari, quæ ſit major, potentior, virtuoſior, & ſuperior ipſa ſumma, maxima, divina, & potentiffima virtute, eſſicacia & potentiâ. *Longè itaq; aberravit à vero* (Calixtus) ut rectè B. Hulſemannus ait in Dialyſ. reſponſ. ad Append. Calixti §. 3. pag. 407. ſeq. *quando elevationem ultra propriam ſuam & naturalem virtutem, transfert ad instrumenta ſuâ eſſentiâ & ſubſtantiâ ſupernaturalia, id eſt, ad Verbum DEI, ad Sacramenta DEI, ad fidem à Spiritu S. in homine generatam. Quenam enim eſt propria & naturalis & ordinaria virtus Verbi DEI, ut DEI eſt, ultra quam illud oporteat elevari in converſione hominis? Quid eſt Verbo DEI, quid eſt Sacramentis, quid eſt fidei iuſtificanti naturale, niſi quod DEUS ipſe per ſupernaturalem gratiam iis indidit, ex quo definitio & tota ſubſtancia illorum conſtat? Quis fando unquam audivit; Media à DEI parte ordinata ad hominum ſalutem, quale Calixtus aperti verbis fatetur eſſe DEI Verbum* (Tales cauſæ, inquit, à parte DEI ſunt Verbū 1. Pet. I. 23. Regeniti eſtis non ex ſemine corruptibili ſed incorruptibili i. e. per ſermonem DEI vivi & permanentem in æternum. *Et Sacramenta* Ephes. V. 28 purificans Eccleſiam lavacro aquæ in Verbo Tit. III. 5. ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus S.) *elevanda eſſe à DEO ultra propriam & naturalem & ordinariam virtutem ſuam, ut effectum conſequi poſſint. Semen incorruptibile, Verbum DEI vivi & permanens in æternū elevandum eſſe ultra propriam & naturalem ſuam virtutem. Quæ tandem eſt illa vis & virtus ſuperior, virtute Verbi DEI vivi & permanentis in æternum, ad quam necesse ſit illud elevari. Nunquid datur virtus virtuoſior virtute DEI, potentia potentior, potentiâ DEI, quo nomine appellatur Evangelium, quod ſit potentia DEI ad ſalutem omni credenti Rom. I.*

Hæc

Hæc *Hulsemannus*, confer eundem *Disput. III. de Auxil. Gratia* quæst. II. §. 5. pag. 192. *Benè Decisio Theolog. Saxon.* pag. 214. Gottes Wort ist auch vor dem angehenden Werck der Befehrung schon ein solcher Hammer/der die Krafft und das Vermögen hat die Felsen zuerschlagen und wird nicht allererst im Gebrauch darzu tüchtig gemacht / item pag. 208. Gottes Wort wird nicht allererst im Gebrauch vom Heiligen Geist zum Werkzeuge oder zum Mittel erhoben / und durch seine allienz oder sonderbahre Krafft tüchtig gemacht. *Theologi Gryphuswald.* in sua Censura; Gottes Wort wird nicht allererst zu der Erleuchtungskraft erhoben/wann es zu der würcklichen Erleuchtung von dem Heiligen Geist adhibiret und gebraucht wird / sondern hat vor dem Gebrauch solche Krafft in sich / als von Gott aus seiner freywilligen Verordnung ihm mit und zugegeben. *D. Tarnovius* in *Disputatione de vivis Ecclesie membris Rostochii habitâ Anno 1627.* ita scribit *Thes. 27. Verbum DEI ratione divini sensus ultra objectivam operationem etiam conversionem hominis efficere posse dicimus, & hanc potentiam perpetuò extra usum quoque & elevationem peculiarem Spiritus S. in ipsâ conversione hominis Verbum habere in se, licet non à se vel ex se adjicimus.* Constans itaque nostra sententia est, I Unionem Spiritus S. & Verbi esse perpetuam, intrinsecam, inseparabilem. 2. DEI Verbum sine *θεοπνευσία* tum ratione ortus, tum efficaciam non esse DEI Verbum, & consequenter *θεοπνευσίαν* vel divinam efficaciam ratione primi actus ad essentiam & internam Verbi perfectionem pertinere. 3. Vim & potentiam Verbi esse Spiritus S. potentiam, non aliam, 4. Hanc vim & efficaciam in Spiritu S. esse essentialiter, originaliter & independenter, in Verbo gratiosè, communicativè 5. Hanc divinam virtutem Verbo intrinsecè communicatam non esse ens dependens, licet ratione Verbi dependenter se habeat, cum ex divinâ ordinatione dependeat. Sed objiciunt *Rathmanniani; Causas secundas non agere, nisi motas à primâ, vel instrumentum non movere nisi motam.* Respond. I. Vox instrumenti est *ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων.* Nam alia instrumenta sunt artificialia, alia naturalia, alia supernaturalia, alia merè inanimata, alia activa & in se animata. Cum itaq; tanta sit illorum varietas, ut sub unam communem notionem vix ac ne vix quidem possint redigi, non uno eodemq; sensu passivus hic instrumenti motus omnibus instrumen-

strumen-

Instrumentorum generibus poterit applicari. Malleo quidem non adigitur in parietem clavus, nec securi finduntur aut terebrâ perforantur ligna, nisi hisce instrumentis motis ab agente primario; hoc ipsum tamen non de omnibus instrumentis, multò minus de illis rebus, quæ ὡς ἐν πλάτῃ, (ut Verbum DEI,) instrumenta appellantur, dici potest. 2. interdum per instrumenti motum nihil aliud intelligitur, quàm dependentia vel subordinatio virtutis causæ principalis, instrumentali intrinsecè & perpetuò communicatæ. Ita oculus non movet, nisi motus ratione hujus dependentiæ & subordinationis. Non est autem necessum, ut oculus toties moveatur, vel forinsecus à causâ principali elevetur, quoties videt, cum visivam vim animatus oculus, ut naturalem potentiam semper & inseparabiliter in se contineat. Sic Verbum DEI non movet, nisi motum ratione divinæ dependentiæ, cum hanc divinæ motionis vim non à se habeat, verum à divinâ ordinatione, quæ hunc motum divino Verbo semel pro semper indidit ad intrinsecam Verbi perfectionem. Quod si quis aliter hoc Philosophicum axioma huic controversiæ applicaverit, ex DEI Verbo faciet instrumentum ἀψυχον, ἀεργον, extra humanum usum θεοπνευσία, vel quod idem est, Spiritu S. vacuum & consequenter mortuum quid & exanime. Imò cum DEI verbum non nisi per analogicam eminentiam instrumentis annumeretur, nulla nos cogit necessitas, axiomata Philosophica de instrumentis artificialibus & merè inanimatorum πρώτως loquentia huic divino nostræ illuminationis medio in se vivo & semper animato tam rigidè & scrupulosè applicare.

Observ. XVI. Ut autem res eò melius intelligatur; distinguendum hîc omninò est inter efficaciam verbi divini *in actu primo* & *in actu secundo* consideratam. Verbum DEI cum naturâ suâ & in se seu actu primo (cum non sit, nisi unum DEI Verbum divinitus revelatum, in Scripturas redactum & per Apostolos, aliosque Ecclesiæ ministros prædicatum,) tam ex intentione & ordinatione DEI, semper & indefinenter efficax est conversionis medium actu primo, etiam ante & extra omnem usum, licet actu secundo ob impedimentum à subjecto interpositum illa efficacia non semper sese exerat & effectus sequatur. Actus verò secundus dupliciter accipitur, vel pro ἐνεργείᾳ & operatione, vel pro ipso effectu. Actus

F secundus

secundus si accipiatur pro ipsa *ἐνεργεία* & operatione, & hic Verbo
 DEI prædicato, lecto, audito semper competit, cum nunquam otio-
 sum sit, sed semper operosum. Ast si accipiatur pro ipso effectu,
 hic ob impedimentum à subjecto interpositum, non semper sequi-
 tur. Rectè *Theologi Witteberg.* in thesibus contra Rathmannum th.
 14. docent; Wir machen nicht unbillig einen Unterscheid zwischen der
 Krafft oder actum primum und zwischen der Göttlichen Wirkung oder
 actum secundum, des euserlichen gelesenen und gepredigten Worte.
 Per se und an sich selbst ist es allezeit eine Krafft / oder hat an sich eine
 Krafft alle und jede Leser und Zuhörer zubewegen / so wohl die Heuchler /
 als die Gläubigen und Bekehrten / welches nicht ist eine natürliche / In
 den Buchstaben physicè eingeschlossene / wie die medicamenta, sondern
 es ist eine Göttliche Krafft so dem gelesenen und gepredigten Worte al-
 lezeit mitgetheilet wird vom heiligen Geist / als welcher dasselbige kräftig
 machet / daß es seyn kan ein Wort des Heils und des ewigen Lebens / diese
 Krafft aber ob sie schon allezeit bey und in dem gepredigten Worte sich
 findet / so wirdet es doch nicht allezeit / die Krafft exeriret sich nicht im-
 merdar / bey allen. Sondern actus secundus wird oft verhindert
 durch der Zuhörer Bosheit. *D. Nicolaus Hunnius* in Literis privatis
 ad *D. Mislentam* 12. septembr. Anno 1628. hac de re ita scribit; *Ubi-*
cunq; Verbum DEI est, illic certò virtute divinâ præditum est, actus
primo, adderem etiam in actu secundo, quia Verbum DEI ubi est, sem-
per operari laborat, quoad se, licet effectum, ob dispositionem subjecti
in quod agit, non semper consequatur. Impii habent Verbum DEI non
sine Spiritu S. aut virtute illuminandè, quantumvis Verbum non asse-
quatur suum effectum ob cordium duritiem in qua cadit. Quod enim
 in plurimis Evangelii prædicatio actu secundo efficaciam suam non
 exerat, vel potius, effectum suum non assequatur, id non ex Evan-
 gelii culpâ provenit, sed ex hominum audientium malitiâ & contu-
 maciâ, sive ex repugnantia actuali malitiosâ, quâ operationem ejus
 impediunt, ipsiq; obicem ponunt, uti liquet ex Joh. XII. 37. seq.
 Luc. VII. 30. Actor. VII. 51. XIII. 46. Rom. X. 16. 2. Cor. IV. 2. *D. Dann-*
bawerus Theolog. Conscientiar. Tom. I. part. II. Spec. Dialog. I.
 Hagog. pag. 369. *Sunt equidem, inquit, qui negant se hujusmodi mo-*
aus divinos ex Verbo lecto sentire, sed & sunt, qui negant ignem urere,
ut inter Novitios Sebastianus Basso Aristotele mastix l. 2. int. pag. 198.
Scaliger

*Scaliger Exercit. advers. Cardanum. Distingue igitur, ut inter
 uſtivitatem & uſtionem, ita in Verbo DEI inter Divinitatis percepti-
 bilitatem & actualem perceptionem, quæ multis modis impediri poteſt.
 Ex remotione actus ſecundi per accidens impediti non poteſt aut
 debet inferri remotio actus primi. Sive à negatione effectus ad ne-
 gandam ipſam virtutem cauſandi ſive vim & efficaciam effectum
 producendi non V. C. Quanquam effectus Verbi prædicati, nonnun-
 quam impediatur, efficacia tamen ipſa ſeu virtus intrinſeca non ma-
 gis tolli aut à Verbo ſeparari poteſt, quàm à ſole facultas & potentia
 illuminandi, ut ut homines quandoq; oculos claudant, & ab ejus
 luce ſeſe avertant. Quod Verbum, ſpirituale illud ſemen, non fert fru-
 ctum in illis, qui ſunt juxta viam, in cordibus petroſis, inter ſpinas
 & tribulos, ſed ſolum in terrâ bonâ, id non eſt ex varietate vel inef-
 ficaciâ Verbi, ſed ex indiſpoſitione ſubjectiva in auditoribus. Nam
 quod fit ex indiſpoſitione ſubjecti, & non ex varietate Verbi, ipſe
 Chriſtus Luc. VIII. 5. ſeq. docet, dum unius ſemper ſeminis men-
 tionem facit, at in auditoribus diverſa corda indicat, nempe vel
 proſtrictæ viæ ſimilia, vel petroſa, vel ſpinis circumfuſa vel bona.
 Dicere enim vult, idem ſemen eſt, fructui producendo ex ſe & ſua
 naturâ idoneum, tam quod ſecundum viam, vel in terram petroſam,
 aut ſpinis obſitam, quàm quod in terram bonam projicitur. Idem
 quoq; conſilium, eademq; Gratia ac benevolentia DEI eſt, quam Pu-
 blicani amplectuntur, Phariſæi autem ſpernunt ac rejiciunt, εις εαυ-
 τας, in ſemetipſas, h. e. proprio ſuo detrimento & exitio Luc. VII. 29.
 30. Idem Cibus ſpiritualis convivis omnibus apponitur, quem alii
 rejiciunt, alii indignè, pauci admodum in animæ ſalutem ſumunt
 Matth. XXII. 4. 8. 10. ſeq. Et licet omnes auditores per naturam ſint
 indiſpoſiti ad verbum recipiendum, juxta illud 1. Cor. II. 24. Anima-
 lis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus DEI, &c. Distingvendum
 tamen inter indiſpoſitionem ſeu repugnantiam naturalem & adſciti-
 tiam ſive voluntariè ſuperadditam. Quotquot ſunt indiſpoſiti, ſunt
 indiſpoſiti naturaliter, & hac ratione omnes ſunt æquales. Sed in
 adſcitiâ indiſpoſitione & repugnantia maxima eſt diverſitas. Qui-
 dam enim gratiæ prævenienti, quidam operanti obicem ponunt, &
 reluctantur, & ita Verbum aptum, natum ad omnem indiſpoſitio-
 nem naturalem tollendam, adſcitiâ & voluntariè ſuperadditâ in-
 diſpoſitione*

Dispositione & repugnantia, quæ per primam gratiam & Verbi operationem fuisset evitabilis, sufflammat. Bonæ verò terræ Christus comparat, & reliquis opponit, qui *Verbum DEI audiunt, auditum in corde pulchro & bono retinent & fructum afferunt per tolerantiam* v. 8. Non exprimit quidem Salvator, unde terra illa bona sit, an ex naturali vel morali hominis conditione, an verò ex verbi & gratiæ operatione. Alibi tamen in Scripturâ exponitur, quod illa bonitas terræ recipientis semen, non sit ex bono naturæ, sed ex bono prævenientis & operantis gratiæ, quæ præveniens gratia etiam in reliquis cordibus per Verbi vim & efficaciam intendebat conversionem, verum intercisa & impedita fuit tum per oſcitantiam & securitatem, tum per novæ duritiæ obicem, tum per curas aut voluptates suffocantes. Sicut itaq; non omne semen naturale quovis loco factum profert fructum actu secundo, hinc tamen non sequitur, semini nullam inesse vim actu primo, cum omne semen actu primo & in se vivum sit & suam in se *divinam* habeat, ut ex se germinet, abeatque in frugem, nec demum vitam & germinandi potentiam consequatur, dum terræ conceditur, etiamsi non, nisi dum terrâ foveatur, vitam exerat. Idem esto iudicium de semine spirituali & cœlesti i. e. Verbo DEI. Hoc per divinam fationem feritur in corda hominum: Matth. XIII. 19. Marc. IV. 15. Luc. VIII. 15. licet *καρποφογία*, v. 9. regeneratio, conversio, illuminatio &c. in omnibus actu secundo non sequatur (propter impedimenta vid. efficaciæ & operationi Verbi ab impœnitentibus malitiosè posita,) in se tamen & actu primo illa vi *σεεφιναρδία* pollet. Nec propterea, quia non semper & in omnibus subjectis quocunq; modo se habentibus, effectum suum obtinet, frustra ipsi divina virtus competit. Nam quis frustra diceret vim visivam in oculo, dum non exeritur? Sive igitur Verbum DEI adhibeatur in usum, sive non, sive effectus (v. g. illuminationis, conversionis) sequatur, sive minus, vi tamen illuminandi, & convertendi præditum est, sive efficax est & manet actu primo. Suffocat quandoq; nobilissimum hoc semen ager per infidelitatem petrosus, & senticosus, quod magno fœnore excipit fidelis. Hæc adeò certa & clara sunt, ut etiam ipsi *Dordraceni Patres* negare non potuerint. Ita enim illi cap. III. & IV. doct. de Hominis Corrupt. Conv. artic. IX. pag. 360. *Quod multi inquirunt, per Ministerium Evangelii*

Evangelii

Evangelii vocati, non veniunt & non convertuntur, hujus culpa non
 est in Evangelio, nec in Christo per Evangelium oblato, nec in DEO per
 Evangelium vocante, & deo etiam variis conferente, sed in vocatis
 ipsis, quorum aliqui Verbum vita non admittunt securi, alii admittunt
 quidem, sed non in cor immittunt: ideoq; post evanidum fidei tempo-
 raria gaudium resiliunt, alii spinis surarum & voluptatibus seculi semen
 verbi suffocant, fructuq; nullos proferunt; Quod Servator noster se-
 minis parabola docet Matth. cap. 13. Hæc illi. Sed quomodo hæc
 cum aliis ipsorum effatis conveniant, ipsi viderint. Non quæri-
 tur itaq; hic, an Verbum DEI scriptum, prædicatum, lectum semper
 & perpetuò positum etiam ex parte hominis, studio petulanter & per-
 tinaciter contradicendi & voluntariâ ac malitiosâ resistantiâ, actu
 secundo sit efficax & salutare effectus, videl. conversionem, illumi-
 nationem &c. producat, sive veram conversionem operetur & effi-
 ciat. Largimur enim illos, qui Verbi & Spiritus S. operationi, &
 efficaciz, actuali & contumaci malitiâ resistunt, non regenerari, sed
 in incredulitate suâ propriâ culpâ perire Prov. I. 24. Matth. xxiii. 37.
 Act. vii. 51. Sed id in quæstione est, an Verbum DEI semper efficax sit
 actu primo, sive, an vim illuminandi, convertendi, sanctificandi
 actu primo in se, semper habeat; Der Streit ist de actu primo &
 principio operandi, (inquit D. Mislena in Movio Hæretico p. 366.)
 Obnehmlich die H. Göttliche Schrift/oder das geoffenbahrte/geschrie-
 bene und mündliche Wort Gottes/je und alle Wege unverrückt und
 unauffhörlich eine Göttliche Krafft / Tugend oder das Vermögen in-
 nerlich in sich habe/ die Göttliche/ übernatürliche Gnadenwerke in dem
 menschlichen Herzen anzurichten / zuschaffen und zu Wege zu bringen/
 als da sind die Erleuchtung / Bekehrung / Wiedergebahrung / Erneue-
 rung / Heiligung / Seligmachung &c. Rectè D. Johann. Tarnovius
 in disputatione de Libero arbitrio habitâ Anno 1628. thes. 43. inquit;
 DEI Verbum vim illuminandi, convertendi & sanctificandi actu primo
 à DEO semper inditam habet, quia est Ministerium Spiritus 2. Cor.
 III. 8. & potentia DEI ad salutem omni credenti Rom. I. 16. & ante
 & extra usum, quamvis non extra & ante usum, actu secundo, con-
 vertat, nec repugnantes illuminet. Breviter; divina virtus Verbo DEI
 intrinsecus competit, quâ Verbum DEI est, quantum ad actum pri-
 mum, utut eadem actu secundo non exeratur, nisi in usu legitimo.

*Observ. XVII. Tenendum hoc contra Fanaticos, Svenckfeldio-
 Rathmannianos, qui magno nisu, magnisq; animi viribus huic nostræ
 assertioni sese opponunt, pertinacissimè negantes, DEI Verbum actu
 primo divinam in se habere vim & virtutem illuminandi & conver-
 tendi ante & extra humanum usum, cum videant, hac assertione di-
 spelli externâ illam, accidentalem & separabilem, quam fingunt, Spi-
 ritus S. & Verbi unionem. Quasi Deus in humano demum Verbi u-
 su cum suâ virtute Verbo forinsecus vel ab extra superveniat, cessante
 verò humano usu, Spiritus Sancti Virtus iterum à Verbo recedat.
 Certè Rathmannus omnem actum primum divinæ virtutis & effica-
 ciæ Verbo, in usu etiam constituto, planè & plenè adimit. Hæc enim
 constans & perpetua ejus est sententia; Das im rechten heilsamen
 Gebrauch sich Gottes Krafft/leben/Geist/und Gnade conjungire
 und zufüge/ der Schrift Zeugnis oder Buchstaben/ N. B. im Gebrauch
 des Menschen/ dieselbe Krafft aber ist actus secundus. Vide Demon-
 strationis copiam A. 4. pag. 1. & in der Erinnerung pag. 13. & 49. Die
 Jenzische Censur lehret wieder die Wahrheit/ in Censurâ pag. 171. daß
 die Wort der Schrift für dem Lesen und betrachten das Recht der Be-
 fehrung bey sich haben. Es ist eine falsche thesis, daß die Schrift oder
 schriftliches Wort Gottes auch vor unsern Lesen und betrachten/ als ein
 von Gott außerköhnes und kräftiges Mittel/ die Macht und Recht zur
 Befehring habe/ inquit im Gegenbericht Num. 76. Ex quibus locis
 manifestè apparet, Rathmannum nullam aliam unionem divini
 Verbi & Spiritus credere, præter eam, quæ actu secundo fiat in men-
 te & voluntate hominis convertendi. Adeoq; non verè credit, DEI
 verbum in usu etiam lectionis & prædicationis constitutum in se ha-
 bere primum actum, i. e. divinam vim, virtutem, potentiam illumi-
 nandi & convertendi corda hominum indefinitè omnium, quotquot
 divino Verbo secundum DEI ordinationem utuntur, sed Spiritum
 S. ut causam principalem in corde hominis primum Verbo super-
 accedere vel conjungi, ἡ ἀρχὴ τῆς χάριτος, scil. Movius Fanaticus Caunen-
 sis, Rathmanni ἀπεργασίας, absolutè & simpliciter actum primum
 efficiæ divinæ Verbo DEI adimit in Discursu Theologico D. 2.
 pag. 1. ubi inquit; Dissidentes Efficaciam & Potentiam intellectualem
 volunt in actu primo, seu per efficaciam & potentiam hanc intelligen-
 dam esse contendunt, ipsam essentialem Spiritus S. potentiam in actu
 primo*

primo producendi effectus supernaturales, quales sunt, conversio, illuminatio, salvatio. Sed nos in hoc sensu potentiam & efficaciam convertendi, quae Verbo DEI externo tribuitur, accipi, negamus. Et pag. 2. potentia gratiae, quae Verbo DEI & sacramentis assignatur, non spectatur in essentiali DEI potentia in actu primo considerata, sed in actu secundo seu in vi, ἐνεργείᾳ & operatione Spiritus S. gratiosâ. Tandem concludit ibid. per Potentiam & Efficaciam Verbi non esse intelligendam ipsam essentialem DEI potentiam convertendi in actu primo spectatam, sed esse vim, ἐνεργείαν & operationem Spiritus S. gratiosam per Verbum se exerentem. In Apologia suâ parte 2. in dem IX. Cap. pag. 119. scribit, Außer dem rechten Gebrauch hat Gottes Wort die Befehrs-Kraft nicht bey sich weder actu primo, noch secundo. En absolutam Movii negationem. Item, Gottes Wort ist außer dem Gebrauch todt / & in Confessione cap. VII. pag. 38. & 39. inquit; Im rechten Gebrauch kompt die Göttliche Befehrs-Kraft zum Worte von aussen und gehöret nicht zum Wesen des Worts. Contra quam opinionem ita argumentamur; Cui medio vel instrumento virtus & potentia causae principalis ratione primi actus non communicatur, sed per illud operatio saltem exeritur, ei nulla vis inditur, ut in totâ suâ essentia vivum & potens reddatur; Ait DEI Verbo ex Movii sententia virtus & potentia Spiritus S. ceu causae principalis ratione primi actus non communicatur, sed per illud saltem operatio exeritur, E. Verbo DEI (etiam in usu legitimo constituto) Spiritus S. vis vivifica non inditur, ut fiat Verbum vivum, ignis, flamma, carbo ignitus, lucerna in tota sua essentia.

Observ. XVIII. Quando dicimus, divinam virtutem & efficaciam omni DEI Verbo esse intrinsecam, Gratiâq; Spiritus S. intimè esse connexam, inseparabiliterque conjunctam cum divino Verbo, tum abstrahimus quoque qualitatem subjectorum, quibus id praedicatur, & dicimus; Ubique & semper Verbum DEI esse efficax, illamq; efficaciam & virtutem Verbi ex intentione DEI sese extendere non ad paucos quosdam absoluto decreto à DEO electos, sed ad omnes omninò homines, sive electi illi sint, sive reprobi, sive pii, sive impii & obdurati. Si enim Verbum DEI per naturam est semen, quale dici non potest, nisi per essentiam & formam intrinsecam vegetabile sit, Marc. IV. 27. semen vivum 1. Petr. I. 23. Spiritus & vita, Joh. VI. 63. ; Si

63; Si efficacia divina cum Verbo DEI adeo arcte cohaeret, ut ab eo nunquam absit; Si omne DEI Verbum ἀδιαρέτως conjunctum habet Spiritum S. ut causam dirigentem, operose efficientem & gratiose operantem, tum ἀσφαλῶς sequitur; Ergo etiam erit semen quando in lapidosum, spinosum & senticosum agrum cadit. E. etiam erit efficax, quando reprobis praedicatur. Bene B. Hulsemannus in Breviar. cap. 1. de Princ. fidei Christ. th. II. X. pag. 4. *Verbum revelatum, scriptum, lectum, praedicatum, ex insita & innata vi divina habet intrinsecam facultatem, eamque ad omnes homines indifferentem convergendi corda.* Habet Verbum DEI etiam impiis ac reprobis praedicatum vim suam salutiferam, quum salutem eorum serio velit & intendat DEUS, nec aliud ipsis Verbum praedicatur, aliud electis, etsi in illis effectus salutaris culpa eorum haud sequatur. Et licet DEI verbum vim suam salutarem actu secundo in reprobis & induratis exere nequeat, exerit tamen vim divinam convincens & constringens eorum corda, ut reddantur ἀναπολόγητοι. Hinc vi veritatis coacti *Magna Britannia Theologi in Actis Synodi Dorac. ad Loc. Hebr. IV. 12. pag. 604. agnoscunt talem esse vim & efficaciam Verbi, ut in ima usque animi penetralia sese insinuet, ut quemadmodum vere credentes plane vivificet, ita contumacibus lethale vulnus certo infligat.* Quis vim illuminandi internam Soli, Mundi oculo, denegabit, cum non illuminet oculos Vespertilionis aut talpae? Quis semini vim proferendi fructum derogabit, quando viae calcatae aut lapidibus inspersum, illum non profert? Sic, reor, nemo sanus dicet, Evangelium solis electis esse Verbum θεόπνευστον, vivum, efficax, & potentiam DEI ad salutem, desinere vero tale esse, cum impiis & rebellibus praedicatur. Optimè D. Bebm in Colleg. Anti-Rathmanniano ad ζήτημα XXIX. de secundo th. 2. num. 2. *Divina τάξις uti Verbum hominibus indefinitè omnibus aeterno bene ordinavit & destinavit, ita hujus verbi & constitutio & animatio non pendet ab hominis pietate vel impietate, fidelitate, dignitate & indignitate, sed in solidum a primo divinae voluntatis principio.* Valet ergo hoc loco illud Apostolicum; Humana ἀπιστία DEI fidem non abolet, vel irritam reddit Rom. III. 3. - *Mystica & interna unio Spiritus S. & Verbi vi divinae ordinationis semper manet eadem, si vel maxime impii divino Verbo sine salutari effectu utantur.* Distinguendus est actus primus a secundo, potentia ab operatione, causa ab

ab effectu. Quando impius divino verbo utitur, DEI Verbum actu primo in se divinâ potentiâ semper animatū est, ut λόγος θεῶν ζῶν καὶ ἐνεργητής Hebr. IV. 12. licet impio ratione effectus non sit salutare. Aliud autem est actus primus, aliud actus secundus vel operatio Verbi in homine, quæ sæpe abesse potest, imò propter varia impedimenta suspendi, salvo manente actu primo, vel ipsâ rei perfectione. Hæc clarissimæ memoriæ Theologus, Behmius. Ἐνεργεια Verbi in impiis quoque reperitur, licet ob intervenientem incredulitatem non sit salutaris, inquit B. D. Balduinus Disput. V. in Epist. ad Hebr. supra cap. IV. part. 2. th. 20. Fateri id coguntur Leidenses Censurâ in Confess. Remonstr. cap. XVII. p. 235. Agnoscimus, inquit, eam vim Spiritus Verbo semper conjunctam esse, quæ vel convertat hominem, vel contumaciæ suæ eum convincat. Siquidem Verbum divinum prædicatum improbis & reprobis non minus est Verbum DEI, 1. Thess. II. non minus est lux & lucerna Psalm. CXIX. 105. non minus illuminans, non minus vitam æternam in se habens, Job. VI. quàm cum piis & electis prædicatur. Placet hîc adducere verba B. D. Welleri in Anti-Massonio parte I. disput. X. de Calvinio-Svenckfeldianismo th. V. pag. 335. seq. ubi contra Beumlerum disputat; Non minus, inquit, Pauli prædicatio respectu impiorum, erat ἐν δόξει πνεύματος καὶ δυνάμεως 1. Corinth. 2. semen cadens super petrosam terram Luc. 8. non minus ζωογόνον δυνάμιν καὶ αὐξητικὴν καὶ ἀναζωπτικὴν καὶ κατὰ κράτος, ut alias de V. D. Arcopagita, aut qui autor est, Epist. 9. quæ est ad Titum, verbis paulè inflexis loquitur, in se habebat, quàm cum piis & electis prædicatur, aut certe reprobis prædicatum falsitatis arguendum erit. Argumentor; Quodcunq; signum nullum habet signatum, illud signum est signum falsitatis. ἔνδον hoc ipsum ex natura relatorum. Sed Verbum DEI reprobis prædicatum nullum habet signatum. Ergò. Minorem probo: Signatum enim Verbi & promissionis à Beumlero dicitur, impletio interna in corde Lydiæ, quæ in reliquis non fuit subsequuta. Unde sequitur necessario, reliquis non fuisse efficax medium convertendi, imò ne signandi quidem vim habuisse. Nihil igitur Verbo reliquum facit, præter nudas literas, quibus tamen non operandi, nec signandi, nedum offerendi vis sit conjuncta, quod ipsum annon sit, omnem Scripturæ denegare virtutem & Svenckfeldizare, iudicium penes doctos esto. Licet igitur in reprobis suam efficaciam non exerat Evangelium, eam tamen non amittit, ne-

que definit esse efficax medium conversionis, licet illi actu ipso non
 convertantur. Cum omne DEI Verbum eandem potentiã actu primo,
 uti supra dictum, in se habeat, sive pio, s. impio, sive electo sive reprobo
 offeratur, licet eam actu secundo non possit exerere, ideò quòd im-
 peditur per impium *sperventem Consilium DEI* Luc. VII. 30. *illidentem*
in Verbum DEI I. Pet. II. 8. *repellentem Verbum DEI* Actor. VII. 39. &
 XIII. 46. & *resistentem Spiritui S.* Actor. VII. 51. Rectè *Theologi Witte-*
berg. in Censurâ Dantiscano Senatui transmissâ pag. 55. Alle Zuhörer
 haben ein einiges Wort/welches per naturam suam virtute Spiritus S.
 concessam und also per se & actu primo jederzeit kräftig ist / oder die
 Krafft hat aller Zuhörer Herz zubewegen. pag. 30. inquit; Es ge-
 schicht zwar oft per accidēs, daß das euserliche Wort in den Ungläubigē
 actu secundo wegen ihres Unglaubens nicht fruchtet / dennoch aber so
 ist das euserliche Wort an ihm selbst per se & actu primo allezeit ein
 kräftiges/lebendigmachendes Wort/es ist und bleibet die Krafft Gottes
 selig zu machen Rom. I. ob es schon actu secundo wegen der Menschen
 Unglauben nicht selig machet / vide etiam pag. 58. Idem in thesibus
 contra Rathmannum th. 14. Man sol nicht gedencen / als wann die
 Bekehrten ein anders/nehmlich ein kräftiges/die Unbekehrten auch ein
 anders/nehmlich ein unkräftiges Wort gehört hätten / (weil es bey den
 Gottlosen actu secundo & per accidens unkräftig gemacht wird) son-
 dern sie hören einerley Wort/die unbekehrten hören eben so wol ein kräf-
 tiges Wort/das actu primo kräftig ist/oder ansich eine Krafft hat zu be-
 kehren/ob wol schon etliche actu secundo & per accidens ihrer Bosheit
 halber nicht bekehret werden / Confer Theologos Jenenses in Censurâ
 pag. 142.

Observ. XIX. Tenendum hoc I. contra *Calvinianos*, qui com-
 munitè sentiunt, Spiritum S. suã gratiã Verbo (ut vocant) externo
 peculiariter assistere, quando *Electis* prædicatur, sive per Verbum &
 efficaciam illi inditam solis *Electis* tantam conferri gratiam, ut in-
 fallibiliter & absolutè convertantur, nec resistere operosæ gratiæ
 queant aut eam repellere. Vel potius divellunt interiorem Spiritus
 S. gratiam ab externo Verbi Ministerio, quod hoc sit commune Re-
 probis & *Electis*; illa autem ad solos *Electos* restringatur. In Actis
 Synodi Dordrac. *Gröningenses* & *Omlandii* thes. III. pag. 286. effica-
 cem Verbi prædicationem ad solos electos restringunt. *Nassavio*
VVer-

Wetteravici thes. 3. p. 298. efficaciam Verbi apud reprobos negant. Wendelinus Theolog. Christian. pag. 425. Efficaciam Verbi apud solos Electos agnoscit. Rivetus Com. in Psalm. XXII. ad v. 23. Tom. II. Oper. pag. 123. num. 8. inquit; *Etsi Evangelium in genere annuncietur omni creatura ex mandato Christi, ipse tamen Christus internâ illâ efficacia electorum tantum corda tangit, & manifestat nomen DEI hominibus, quos ex mundo dedit ipsi Deus Johann. 17. v. 16. Sunt autem illi Apostoli, & qui & per Verbum eorum erant credituri v. 20. Iis ergo qui non credunt, & non sunt fratres ejus, non manifestavit DEI nomen II. contra quosdam Pontificios: Sic enim Stapletonus lib. III. Defens. contra Wittakerum cap. 14. inquit; Hanc efficaciam non inesse naturæ omnis verbi, sed ejus tantum, quod Deus per singularem gratiam vegetet ad Electos convertendos. III. contra Rathmannianos Ipse enim Rathmannus vult impios & hypocritas in corde & voluntate nondum regenitos in usu S. Scripturæ nihil præter externum Verbum, vel literam mortuam habere. Die Gottlosen haben nur den Buchstaben und nicht das lebendige Wort Gottes ins Herz gefasset. inquit Num. 43. des Gegenberichts, item num. 57. rejicit thesin 22. Dn. Theolog. Wittebergens. daß das gepredigte Wort in den Gottlosen sey und bleibe eben so wol an sich und vor sich eine Krafft lebendig zu machen. Et Movius in Discursu Theolog. G. 3. pag. 2. scribit, Verbum DEI impiis & induratis esse sine spiritu & vitâ, & in Epist. contra D. Behm. pag. 28. Verbum DEI in intellectu impiorum hominum esse sine Spiritu S. & vivificâ virtute convertendi. At enim verò non tantum externa Verbi prædicatio, sed etiam interna Spiritus S. illuminatio & vivificatio impiis ac reprobis offertur, habentq; Verbum DEI vivificum, ac divinâ potentiâ ac virtute animatum, sed non habent Spiritum & vitam, gratiofo & salutari habendi modo.*

Observ. XX. Quod concernit modum, quo Verbum DEI suam vim & efficaciam exerit, dicimus I. id fieri *ὑπερφυσικῶς*, seu supernaturaliter. Licet enim efficacia illa divina Verbo DEI, quâ tali, naturaliter competat & de ejusdem naturâ & essentiâ sit, ita ut non possit verum DEI verbum esse, nisi in se contineat istam vim & efficaciam convertendi, illuminandi & salvandi homines, non tamen propterea agit aut operatur *φυσικῶς* seu naturaliter, strictè loquendo, vel naturali & physico modo, per contactum scil. Physicum, quem-

admodum venenum agit physicè, dum haustum in viscera corporis
sævit, (nisi physicè agere vel operari sumatur latè, pro verâ quadam
& reali operatione, quâ per insitam vim in re naturali aliquid produ-
citur, & sic dici quodam modo potest, modum operandi Verbi divini
esse physicum i. e., verum, realem, propriè dictum,) sed ὡς ἐφ' ὅσον
κῶς & supernaturaliter, seu modo aliquo supernaturali ex dispositio-
ne & ordinatione divinâ per singularem DEI benedictionem & ope-
rationem.

Observ. XXI. II. Dicimus, Verbum DEI agere & operari, sive
vim & efficaciam suam exerere ὁργανικῶς, *organicè sive instrumenta-*
liter. Neq; enim divinum Verbum est agens principale in con-
versionis, regenerationis & salvationis negotio, sed tantum ido-
neum medium sive organon, quo DEUS in producendis effectibus
spiritualibus ordinariè utitur, non quidem ex necessitate quadam
& indigentia, quasi efficaciam suam homines convertendi ita alliga-
verit Verbo suo, ut non possit vel ἀμέσως & absq; ullo medio, vel
etiam per aliud organon aut medium, quàm per Verbum suum ho-
mines convertere, illuminare, salvare, si vellet, sed ex liberâ suâ
voluntate, quâ DEO ita placuit, Ἀπὸ μωρίας τῶν ἀνεύγματος, *per*
stultitiam prædicationis salvos facere credentes 1. Cor. I. 21. Est itaque
Verbum DEI ordinarium organon & medium, quod DEUS ex liber-
rimâ suâ voluntate constituit & ordinavit, ut ipse in & cum illo &
per illud, in hominibus, quicquid ad salutem necessarium est, ope-
retur. Hinc *Formula Concordiæ* Art. II. pag. 670. *Ex promissione*
certò statuendum est, quod Verbum sit organon Spiritus S. per quod in
cordibus nostris verè efficax esse velit. Cæterum si ἀκριβῶς loqui ve-
limus, Verbum DEI non tam *instrumentum est, quàm medium, quum*
non omne medium instrumentum sit, ut præclarè demonstrant ac do-
cent Theologi Saxonici in Decision. pag. 141. 144. 146. Augustana qui-
dem Confessio instrumenti voce utitur, Verbumq; DEI instrumen-
tum conversionis vocat, sed ὡς ἐν πλάτει & inprimis ratione mate-
rialis, scil. externæ scriptiōnis, prædicationis, οἰκονομίας seu dispen-
sationis & ministerii, non autem propriè, ratione internæ virtutis
Spiritus S. Verbo communicatæ. Rectè jam allegata Decisio Saxon.
pag. 141. die Heil. Schrift und Gottes Wort ist nicht eigentlich ein In-
strument/sondern ein Mittel dadurch Gott der Heil. Geist seine Gnaden-

WA

Wirkung in unsern Herzen anrichtet. Gottes Wort wird ein instrument genennet ob materiale / den Zeichen oder Buchstaben nach. *Et cet libenter concedamus*, inquit D. Behm. in Colleg. Anti-Rathmaniano ad *ἑνὴν* XXVIII. th. 15. *DEI verbum ratione externa predicationis vel ὀμιλοποιίας instrumentum esse & dici posse, divinam tamen potentiam Verbo internè communicatam instrumentam appellare nobis hactenus religio fuit.* -- Dei namq; potentia, quæ de Evangelio predicatur, non est alia ab ipsius DEI potentia, sed ipsa DEI potentia. Quis autem hanc *DEI* potentiam instrumentum nominaret? Dum ergo Symbolici libri nostrarum Ecclesiarum cum Orthodoxis Theologis *DEI Verbum instrumentum* vocant, ad externam Verbi ὀμιλοποιίας, Ministerialem scilicet Verbi predicationem respiciunt. Largimur itaq; Verbum *DEI* instrumentum vel causam organicam conversionis, illuminationis, salvationis, appellari posse, in concretâ vid. & ministeriali Verbi consideratione, quatenus Verbum externè legitur & predicatur. Hæc enim externa media vel ὀργανα verè sunt organa, in quæ Spiritus S. cum suâ virtute & efficacîâ influat, sed si Verbum *DEI* præcisè vel abstractè, ratione *θεοπνευσίας* vel divinæ animationis consideratur, certè hîc cautè procedendum. Quis enim divinam illam conversivam, regeneratricem & illuminatricem vim ac virtutem verbo intrinsecam & à verbo separabilem instrumentum vocaret? Quis præsentiam SS. Trinitatis in baptismo, quis corpus & sanguinem Domini in S. Coenâ instrumenta appellaret? Sicut oculus est instrumentum animæ, non ratione potentie visivæ, oculo communicatæ, sed ratione membrorum corporeorum; ita *DEI* verbum instrumentum est ratione externi ministerii ac dispensationis, non verò ratione divinæ potentie ac virtutis verbo communicatæ. Distingvimus porro inter organon *ἀεργον* seu *ἀνενεργητον* & *ενεργητικον*, Verbum *DEI* instrumentis non merè passivis & in se inanimatis, sed vivis, in se perpetuò animatis & actuosis annumerandum esse testatur ipsum *DEI* Verbum Joh. VI. 63. Rom. I. 16. Hebr. IV. 12. de quibus suo loco, sive Verbum divinum est *DEI* convertentis & illuminantis instrumentum non in se mortuum, sed maxime vivum, non *ἀεργον* sed *ενεργης*, non *ἀψυχον* sed *ἐμψυχον*, non passivum sed activum vel actuosum i. e. vitâ & Spiritu S. animatum, sive, cui causæ principatis potentia & virtus semper communicata est

per mysticam scil. Spiritus S. cum Verbo unionem. *πρῶτον ψεύ-*
 ὁ ἔργο ἁπορίας Ραθμάννι & Μοβίῳ ἐν αὐτῷ ἐπιτελεῖται, ὅτι κρίνεται,
 Ἐπιτελεῖται ΔΕΙ εἶναι ἰνструментον μὲρ παθητικόν, ἢ ἐκ αὐτοῦ ἰνстру-
 μεντων γενεῆ, ἧς οὐδεμίαν ἀρετὴν ἐν ἑαυτῇ περιέχει,
 ὡς ἄξυ, ἄστυ, ἄστυ &c. *Ραθμάννιος* ἀποφασίζει; Ἐπιτελεῖται
 ΔΕΙ εἶναι ἐν ἑαυτῷ ἰνструментον ὁρισμένον ἐν αὐτῷ ἐπιτελεῖται,
 ἀναγεννήσεως & ἁγιασμοῦ ἀκτῆ *ἀεγρον, mortuum, quod nul-*
lam nisi à causâ principali (ἐν αὐτῷ scil. ἰνструμεντο) *impressam ἔσ*
communicatam habeat efficaciam, ἰν *Βεδενκέν* / ἀντι Δ. Διεδερ. p. 47.
 ἰδ; ἰβιδ. pag. 61. ἀποφασίζει ὡς ἀξυ ἀποφασίζει, ἧς οὐδεμίαν ἔχει
 ἀρετὴν ἀποφασίζει ἄξυ, ἢ ἀπὸ ἀξυ ἀποφασίζει. *Ἐν τῇ Ἐπι-*
τήρησιν pag. 44. ἰνquit, die Heil. Schrift wirket nicht die Krafft
der Befehlung / so wenig eine Art wirket die Krafft des Menschen / der
die Art führet / sondern ist vielmehr in diesem Puncte zu betrachten passi-
vè, leidender und empfangender Weise / denn sie empfahet die Krafft der
Befehlung im rechten Gebrauch. *Quale itaq; medium aut instru-*
mentum Rathmannus ex DEI verbo faciat, testatur hoc ipsum simi-
le, de securi, quo Rathmannus passim utitur & impensè delectatur.
δεδόγτον ὁ ἔργο ἀξυ & ἀπὸ ἀξυ ἀποφασίζει ἄξυ ἀποφασίζει, ὡς ἰν-
 strumentum suo modo *συβεγεί*, παθητικῶς scil. *Ita etiam vult, Spiritum*
S. cum Verbo & per Verbum operari vel divinam suam potentiam
exerere, ut δεδόγτον ὁ ἔργο ἀξυ & ἀπὸ ἀξυ ἀποφασίζει. *Utitur quoq;*
interdum simili de canale, vultq; Spiritus S. virtutem & potentiam
esse in Verbo, ut in vase vel canale, ita ut illa per verbum in suo le-
gitimo usu quasi fluat, uti per canalem aqua deducitur. Quod
ipsum est, Verbum DEI omni primo actu, omniq; efficaciam intrinse-
câ ratione illuminationis & conversionis hominum spoliare. Mo-
vius, fidelis Rathmanni socius in Confessione suâ Qu 4 §. 2. arg 5. ita
argumentatur; Quodcumq; efficaciam divinam habet tantum instru-
mentaliter, illi extra usum ἔσ legitimum officium suum efficacia illa
non est affixa seu indita. At Verbum DEI efficaciam illam divinam ha-
bet ἔσ effectus verè divinos producit tantum instrumentaliter, E. Ra-
tionem hanc addit; Quia omnis vis instrumenti in usu consistit ἔσ vir-
tus cause principalis nulli instrumento communicatur seu indita est ex-
tra usum, sicut nec instrumentum est, extra usum. Inde itaq; colli-
git, Verbum DEI extra humanum usum instrumentum non esse, &
 con-

consequenter divinam vim & virtutem divino verbo non nisi in humano usu forinsecus & ab extra supervenire, cessante verò usu hanc divinam virtutem à Verbo iterum recedere, ut accidens aliquod separabile, quod salvâ manente verbi integritate à verbo separari possit. Huic paradoxo *Movius* totum Theologici sui de hac controversiâ discursus ædificium, superstruxit. Sed respond. 1. Aliud est, *habere efficaciam divinam instrumentaliter*, & aliud *agere instrumentaliter*. Verbum DEI habet efficaciam divinam communicativè, mysticè & vi ordinationis divinæ, non autem instrumentaliter. Hic enim non est propriè habendi sed agendi modus. Probet *Movius* ex Symbolicis nostrarum Ecclesiarum libris & orthodoxorum Theologorum scriptis, DEI verbo divinam virtutem communicatam esse instrumentaliter, eo, quo ipse sumit sensu. Communicatur & unitur virtus divina verbo, ut instrumento, (animato, vivo,) non autem instrumentaliter, agit verò & operatur verbum vi communicatæ divinæ efficaciam instrumentaliter. 2. Affixionem virtutis nemo nostrum statuit, 3. Usus, vox *ὁμάρυμ* est, & vel de ordinatione ad usum, vel de externo sive actuali usu lectionis, auditionis, &c. intelligitur. Priori sensu admittimus, totam verbi divini vim in usu, i. e. in divinâ ordinatione ad usum sitam esse, posteriori sensu negamus, omnia instrumenta in externo usu consistere, nisi id ita explicetur, quod in usu sive actuali, sive possibili seu potenciali consistant. Oculus est instrumentum in se visivum, licet actu non videat. Ut taceam, verbum DEI, non tam instrumentum conversionis esse, quam medium, uti supra dictum est.

Observ. XXII. III. Dicimus, verbum DEI operari non *βιαστικῶς*, sive per vim quandam irresistibilem, sed *resistibiliter*, ita ut homo eidem resistere, obicem ponere, atq; impedire possit, quò minus effectum, quem intendit, assequatur. Est quidem verbi divini summa vis & efficacitas regenerandi & convertendi homines, non tamen illam virtutem & *ἐνεργεσιαν* exerit irresistibiliter, ita scil. ut cuicumq; verbum Evangelii offeratur, is vi quadam irresistibili quasi compellatur & teneatur illud recipere, & non possit non converti & salvari. Talem irresistibilem, sive ut *Molineus* & alii vocant, *insuperabilem* vim verbi divini tuentur *Calviniani* communiter. Statuunt enim, uti supra, *Observ. XIX.* insinuavimus, per verbum solis Electis

Electis tantam conferri gratiam, ut infallibiliter & absolute convertantur, nec resistere operosae gratiae queant, aut eam repellere, etiamsi pertinacissime reluctentur & Spiritui S. omnem suam malitiam & contumaciam obvertant. Sic in *Collatione Hag.* pag. 238. *Fatemur*, inquiunt, *a nobis in hominis conversione talem gratiae operationem statui, quae est irresistibilis i. e. quae non potest impediri, neque expugnari per voluntatem hominis repugnantem.* Et in iudiciis Theolog. Provincial. de artic. iv. Remonstrant. quae habentur in Actis Synodi Dordrechtanae, *Deputati Geldrici* pag. 261. ajunt; *non adest a blasphemiam, qui dicit; possumus DEO resistere, quum vult nos gratiam suam convertere, idque tam efficienter, ut opus conversionis nostrae impediamus.* Consentunt *Zuyt-Hollandici*, pag. 270. ita tamen, ut malint operationem hanc dicere invincibilem, quam irresistibilem. *Deputati Trans-Isulanjae* pag. 318. hanc thesin defendunt num. vi. *Gratia regenerationis est irresistibilis.* Idem sentiunt *Deputati Syn. Groning.* pag. 334. & 337. *Drentani* pag. 342. Et in iudiciis Theolog. exterorum, *Britanni* p. 678. statuunt, *inesse homini converendo non modo possibilitatem, sed & pronitatem ad resistendum motibus Spiritus S. sed hanc resistibilitatem propter efficacissimam & suavissimam motionem gratiae non posse in actum secundum hunc & nunc erumpere.* *Palatini* pag. 690. dicunt; *DEUS operatur conversionem supereminente illa magnitudine potentiae suae, & pro efficacia roboris virium suarum, quae omnia sibi potest subjicere.* Et postea pag. 691. *Quasi omnipotentissimam DEI operationem impedire possit, & eludere pulvis & cinis.* Confer *Genevenses* ibid. pag. 720. *Ripetus* Com. in *Hoseam* Proph. Tom. II. Oper. pag. 552. b. ait; *Hominem posse resistere gratiae DEI, nemo Christianus negat, At vero gratiam DEI efficacem posse hominem irritam reddere, est oppositum in appposito ponere, quia gratia irrita non est efficax.* Gratiae convertentis irresistibilitatem, quam *speetrum Calvinisticae phantasiae* appellat *D. Hülsemannus* *Disput. II. de Auxil. Gratiae in fine*, pag. 164. defenderunt quoque olim plurimi *Scholasticorum*, quos allegat idem loc. jam cit. *Disp. III. de Grat. Indeb. q. 3.* *Jansenius*, ejusque asseclae & sectatores, quamvis voce Calviniana, *irresistibilis* uti nolint, quod observat *Thomas Augustinus* in *Defensione Libertatis & Gratiae*, L. I. cap. 21. a. 10. pag. 336. rem ipsam tamen approbant, Gratiamque Conversionis appellitant *invincibilem, insuperabilem, ineluctabilem.*

Stabi-

Etabilem, invictissimè agentem, cui non possit resisti, &c. Vide Jansenii Augustinum Tom. III. L. II. cap. 4. pag. 41. c. 5. pag. 43. cap. 24. pag. 81. cap. 25. pag. 83. cap. 32. pag. 97. L. VIII. cap. 3. In Apolog. pro Jansenio pag. 49. &c. Eandem irresistibilitatem Verbo Dei interno assignant etiam *Anabaptistæ, Mennonitæ* Watterlandi in Belgio, quando dicunt, illud sine ullâ resistantiâ in momento regenerationem operari, vide *Episcopium* in iudicio de Ordin. Conversionis Medio, Tom. II. Oper. pag. 374. & 376. Sed Deus per Verbum suum & efficaciam ac potentiam convertendi illi inditam hominem irrogenitum è statu peccati & iræ, in statum gratiæ, è regno tenebrarum in regnum luminis transferendum, illud audientem & legentem suâ gratiâ prævenit, in voluntatem ejus agit, naturalem incapacitatem & inidoneitatem quoad spiritualia omnibus connatam & communem, aufert, habilemque reddit, ut possit internæ Spiritus S. operationi non resistere morosè, seu ut possit cessare hîc & nunc ab exercitio hujus naturalis repugnantia, quæ cessatio seu mora ac spacium non resistendi pertinaciter, non est ab hominis voluntate, sed à Spiritu S. per verbum repugnantiam cohibente, cordurum, lapideum & poenitere nescium Ezech. XXXVI. 26. Es. XLVIII. 4. legis pulsu afficiente & Evangelium proponente, &c. Inhibita verò & cessante hac naturali itemq; actuali resistantia seu repugnantia, crescit subinde gratia DEI ex semine Verbi prædicati, ut ex repugnante fiat consentiens. Hoc est, Spiritus S. per eandem Verbi divini efficaciam, intrinsecam subinde majores & vehementiores motus in homine excitat, donec tandem homo convertatur, & è statu iræ in statum gratiæ transferatur. Quæ ipsa tamen conversio, sive è statu iræ in statum gratiæ translatio non fit *irresistibiliter*, sive per vim quandam invincibilem aut insuperabilem, ut Jansenistæ loqui amant. Si enim homo pravitati ingenii indulgere velit, potest obniri, aspernari & excutere operationem Gratia & Spiritus S. in & cum Verbo ac per Verbum sese exerentem, quod Scriptura disertè testatur. *Emphaticè* Actor. VII. 51. quidam Gymnasiorum Hierosolymitanorum Professores & alumni dicuntur *ἀντιπικτείν*, quod hostilem in adversarium impetum & resistantiam notat, (ut Num. XXVII. 14. ubi LXX. ἀντιπικτείν. Esa. XXXI. 2. Psalm. LIV. 5. Deuter. XXII. 7. 2. Samuel. XII. 31. ubi stare seu surgere contra aliquem, est oppugnare.) Illi enim jam in conscientia suâ erant convi-

H

victi

victi de virtute Evangelii, ut est cap. VI. Act. v. 10. ubi dicitur, *non poterant resistere Sapientie & Spiritui*, quo i. e. per quem loquebatur Stephanus. Et tamen adeo erant cervicosi & dedita opera obstinabant animum suum, ut, cum possent assentiri Verbo & illud recipere, vellent tamen non assentiri & non apprehendere ex voluntaria & adscititia contumacia. Sic dicuntur impii *πρὸς κέντρα λακτίζεν* contra stimulum calcitrare Act. IX. 5. Verbum DEI *ἀπώθειν*, a se repellere, & seipso indignos iudicare aeternam vitam. Act. XIII. 46. *ἀθετεῖν τὴν βεβλήν τῆς θεῆς* Luc. VII. 30. confer Matth. XXIII. 27. Joh. V. 34. Atque ita Verbum DEI ad convertendum hominem efficacissimum (actu primo & inse) inefficax fieri potest (actu secundo) voluntate repugnantis, sive non inevitabiliter ad suum effectum in omnibus pertingit, scil. in illis qui DEO serio & efficaciter per Verbum operanti resistunt & contumaciter occurrunt.

Observ. XXIII. Hæc hæctenus fusius declarata, Verbi divini efficacia per varios & diversos *actus* sese exerit. Non loquor autem de *extraordinariis* Scripturæ actibus & effectibus. Quorum exemplum refert Theodorus Lector, scil. cum magnum esset Constantinopoli exortum incendium, illud Evangeliorum objectu fuisse à S. Anastasia templo depulsum operâ Marciani Oeconomi; qualeque apud S. Athanasium de Interpretat. Psalm. ad Marcellin. narratur, quod S. Scripturis recitatis sæpe dæmones expulsi sint, eorumque insidia detectæ, vide D. Dorscheum Zachar. Theolog. part. I. pag. 23. sed sermo mihi est de *ordinariis* Verbi divini actibus & effectibus, qui vel *gratiosi* sunt vel *punitorii*. Actus gratiosi sunt, *Hominum regeneratio & conversio*, Psalm. XIX. 8 & 9. Jerem. XXIII. 29. 2. Tim. II. 25. 1. Petr. I. 23. Jacob. I. 18. 1. Corinth. IV. 15. c. IX. 1. Gal. IV. 19. Act. II. 37. seqq. *Fidei justificantis accensio & donatio* Joh. I. 7. c. XVII. 20. Rom. X. 17. 1. Cor. III. 5. Col. I. 5. 6. 2. Petr. I. 19. Ephes. I. 17. *mentis illuminatio*, Psalm. XIX. 9. II. Act. XXVI. 18. Ephes. III. 9. *cordis emollicio* Psalm. XIX. 8. Jer. XXIII. 29. c. XX. 9. *purificatio* Joh. XV. 3 & 4. *vivificatio* 2. Cor. III. 6. Ephes. II. 5. Phil. II. 16. Act. V. 20. *efficax nostri consolatio, corroboratio & exhilaratio* Psalm. XIX. 9. 10. Psalm. XXIII. 4. Psalm. CXIX. 50. 92. Jerem. XV. 16. Rom. XV. 4. *justificatio* Rom. III. 27. 28. *sanctificatio*, 1. Petr. I. 22. *renovatio* Ephes. IV. 23. *in gratia & fide conservatio* Joh. V. 39. 1. Petr. V. 10. *spiritu promissionis obsignatio* Ephes. I. 13. *Salvatio*, seu
vita;

vitæ æternæ datio, vel inchoatè in hac vitâ per gratiam, vel consummatè in alterâ per gloriam, Joh. V. 24. 39. cap. VI. 69. Rom. XI. 14. I. Timoth. IV. 16. I. Cor. I. 21. Jacob. I. 21. Actor. XI. 14. c. XIII. 26. Actus punitorii sunt *concussio, compunctio, vulneratio, mortificatio, dampnatio*. Verbum DEI enim, Lex præsertim, suis comminationibus ferit, concutit, vulnerat, conscindit & tandem mortificat Jerem. XXIII. 29. 2. Corinth. III. 6. instar gladii utrinque secantis etiam durissima & pervicacissima impenitentium corda penetrat, Heb. IV. 12. quod exemplo Pharaonis Exod. X. 16. *populi Israelitici* 2. Esdræ VII. 9. 10. *Ezechie*, Es. XXXVIII 2. *Regis Ninivitarum* Jon II. 5. 6. *Auditorum Petri* Actor. II. 37. *Felicis*, Actor. XXIV. 25. *Agrippe* Actor. XXVI. 28. aliorumque manifestum est. Hinc *Riverus* Com. in Hoseæ cap. VI. Tom. II. Oper. pag. 655. b. *Verbum DEI*, inquit, *comparatur gladio, virgæ, baculo, malleo, ut in Poemōs, quia eam vim habet, non solum, ut tanquam aptum instrumentum rudem materiem poliat, superflua resecet, scabrosa laviget &c. qui usus in piis necessarius est, sed etiam, ut lethale vulnus improbis infligat*, Esa. II. v. 4. *percutiet terram virgâ oris sui*, ad Ebr. 4. v. 12. sermo DEI quovis gladio penetrantior est, *Apocal. 2. v. 16. pugnabo cum illis gladio oris mei*, Jerem. 23. v. 29. *Malleo confringenti petram confertur, DEUS ergo per Prophetas delinquentes, Verbi divini predicatione quasi gladio vel malleo cecidit & interfecit*. Hæc ille. Quo pertinet illud Jerem. I. 10. *Ecce constitui te hodie super regna, ut evelas, & destruas & disperdas, & dissipes, & ædifices & plantes*. Et illud Joh. XVI. 8. *Spiritus S. arguet mundum de peccato*, scil. per Verbum. Imò quicquid spirituale ac supernaturale DEUS in homine operatur & producit, id omne (de ordinariâ loquimur *οικονομία*) non nisi per Verbum suum (sive solum, sive Sacramentis vestitum, quod visibile Verbum dici consuevit,) tanquam peculiare ad hoc destinatum medium operatur ac producit. Jam operatur in homine veram & ferriam peccatorum agnitionem, salutarem contritionem, fiducialem promissionum gratiæ de remissione peccatorum propter Christum apprehensionem, bonorum operum studium. Jam spem & consolationem gignit, cor contritum, viribus defectum, mœrore tabidum recreat, corroborat, exhilarat. Jam ad pœnitentiam concitat, sapè etiam in flagrantissimo peccati cursu, jam ad virtutem stimulat, jam preces suadet, jam ambiguum de fidei salvificæ possessione firmat &c.

Quod autem ejusmodi effectus supernaturales producit, id virtutē divinā intrinseca ad producenda ejusmodi *ὑπερτέλεσματα* spiritualia pollere oportet, quum actus secundus præsupponat primum. Eleganter *Lactantius* Instit. lib. III. cap. 2. *DEI præcepta, quia & simplicia & vera sunt, quantum valeant, in animis hominum, quotidiana experientia demonstrat.* Da mihi virum, qui sit iracundus, maledicus, effrenatus, paucissimis *DEI* verbis tam placidum, quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem, jam tibi eum liberalem dabo *Justinus* Martyr in Dialog. cum Tryphone inquit; *Habent aucta Salvatoris θεός ἐν ἑαυτοῖς, reverentiam quandam in seipsis & sunt idonea ad incutiendum pudorem rebellibus.* ἀνάπαυσις (scil. animarum, de quā *Christus* Matth. XI. 28. 29.) suavissima autem requies oritur illis, qui meditantur in iis. Alia Patrum testimonia pro efficacia Verbi divini adducunt *Theologi Saxonici* in der wiederholten gründlichen Lehr vom Worte Gottes/ five in ultimā Decisione hujus Controversiæ, capite IV. pag. 80. seqq. *B. Hulsemannus* Disput. III. de Auxil. Grat. quæst. 1. n. VIII. §. 6. seq. pag. 183. seqq. *Chamier* Panstrat. Cathol. Tom. I. Lib. VI. de Canone cap. V. pag. 76.

THESEOS FUNDAMENTA.

Progredimur nunc ad *θέσεως Orthodoxæ probationem*, et si autem varia Efficaciæ Verbi divini in S. Literis extent documenta, brevitati tamen studentes, potiora saltem seligemus. Primum autem locum meritò damus effato *Christi* Job. VI. 63. τὰ ῥήματα αἱ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμα ἔστι, καὶ ζωὴ ἔστι. *Verba, quæ ego loquor vobis, Spiritus sunt, & vita sunt.* Nota I. Sententia hæc dividitur in *subjectum & prædicatum*, Subjectum est: *Verba, quæ ego loquor vobis*, Prædicatum: *sunt Spiritus & vita.* Loquitur autem Dominus *Jesus* de verbis suis, quæ ipse in diebus carnis viva voce pronunciavit, & postmodum quoad substantiam dogmatum, in *Scripturas N. T.* per *Apostolos*, tanquam per *Amanuenses* suos referri curavit. *Quicquid enim Salvator de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis (Evangelistis & Apostolis) tanquam suis manibus imperavit*, ait *Augustinus* lib. 1. de consensu *Evangel.*

gel. cap. ult. *Nota II.* Hæc ipsa verba, ore Christi prolata & postea in
 literas redacta vocantur h. l. *Spiritus & vita*, non ratione materia-
 lis, literarum, vocum, apicum, &c. sed ratione formalis, sensus
 scil. interni, qui verè divinus est, & v̄s̄ 258 1. Cor. II. ult. *Nota III.*
 Dicuntur Spiritus & vita, non quod sint ipse DEUS, vel Christus vel
 Spiritus S. ut somniavit *Andr. Osiander*, nec solùm ratione objecto-
 rum, quia πνεύματα spiriualia, sive τὰ τῶ πνεύματος τῶ Θεοῦ, ea,
 quæ Spiritus DEI sunt 1. Cor. II. 14. h. e. summa fidei mysteria, hu-
 manum captum longè superantia continent, ut exponit *Cyrillus &*
Hugo Grotius in Annotat. suis ad h. l. pag. 911. nec tantum ob finem
 ultimum, ad quem ducunt, scil. vitam æternam, sed etiam ac impri-
 mis ratione virtutis & efficacæ, quæ ex singulari DEI ordinatione
 verbo divino intrinsecè competit, sive ob vim vivificandi, quam in
 se habet. Hinc *Albertus M.* in Joh. cap. IV. v. 42. *Verbum exiens ab*
ore Verbi increatum cum virtute sonat. Et ratione spiriualium effectuum,
 quos in non malitiosè resistantibus, DEI Verbum producit, ut
 sunt; intellectus illuminatio, cordis immutatio, conversio,
 vivificatio, regeneratio, salvatio, &c. Spiritus ergò sunt
Verba Christi, hoc est Spiritu instructa & animata, quem-
 admodum Paulus *Evangelium* appellat *Spiritum*, qui vivifi-
 cat 2. Cor. III. 6. imò ipse Christus in verbis immediatè præceden-
 tibus, per τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιεῖν sive *Spiritum vivificantem* intelligit
 salvificum DEI Verbum illiq; opponit *carnem*, h. e. carnale in rebus
 spiriualibus iudicium, ex corruptâ & occæcatâ hominis ratione,
 temerè in res sacras ac mysteria divina magisterium affectante, or-
 tum. Rectè *D. Tarnovius Com.* in h. l. pag. 555. *Organon fidei est*
Spiritus vivificans, sive verba, quæ loquitur (Christus,) *per quæ dat*
vitam spiriualem in tenebris mortis jacentibus, ut ipse explicat in fine
v. 63. & per antitbesin illustrat, quod caro sive sapientia rationis nihil
adhuc proficit. Vita sunt *Verba Christi*, non tantum ratione effectus,
 quia vitam spiriualem (uti dictum) in homine operantur, & creden-
 tibus vitam æternam conferunt, unde Petrus Apostolorum omnium
 nomine verba Christi, verba nominat *vita æterna* v. 68. ab effectu
 scil. primario. Sed maximè ratione internæ formæ seu perfectio-
 nis, quia ratione actus primi in se viva sunt & singularem vim & fa-
 cultatem vivificandi à DEO inditam habent, uno verbo, verè viva

sunt & vivifica. Majorem enim propositionem Christus præmittit
 dicens: *Spiritus est, qui vivificat*, moxq; subsumit; *Verba, quæ ego
 loquor vobis, sunt Spiritus*, Conclusionem colligendam potius re-
 linquit, quàm exprimit, Ergò *Verba, quæ loquor vobis, vivificant, &
 vita sunt*, hoc est, vim vivificandi in se habent. Quod verò non
 omnes actu per verbum vivificantur, id vitio hominum fit, qui
 actuali malitiâ & contumaci contradicendi studio operationi verbi
 divini resistunt, eamq; impediunt. Hinc Salvator vers. sequente
 64. dat rationem, cur nonnullos non percellant τὰ πνεύματα τὰ ζῆεις ὄντα
 cum tamen sint *Spiritus & vita*, inquiens, *quia non credunt*, i. e. per
 incredulitatem sese Spiritui S. in verbo & per verbum operanti op-
 ponunt, id quod ante uno verbo dixerat, quia *caro sunt*, quæ non
 percipit ea, quæ sunt *Spiritus DEI* 1. Cor. II. 14. Rectè Augustinus Tra-
 ctatu XXVII. in Johan. *intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt.
 Intellexisti carnaliter, etiam sic illa Spiritus & vita sunt, sed tibi non
 sunt.* Et B. Lutherus Tom. VI. Jenens. fol. 200. das etliche nicht glau-
 ben/ ob sie gleich das Wort hören/ das nimbt darumb dem Worte nichts/
 sondern bleibet gleichwohl wahr/ das es das Mittel sey / dadurch der
 Glaube ins Herze kompt / und ohne dasselbe niemands glauben kan.
 Quod contra Cass. Movium observandum, qui in discursu Theol.
 G. 3. b. inquit *Verbum DEI* (in illis, qui Spiritui S. per Verbum ope-
 ranti perseveranter & contumaciter repugnant,) *esse sine Spiritu S.
 ejusq; salubri efficacia.* Christus enim verba sua tam impiis, quàm piis
 est loquutus, nec desinebant esse *Spiritus & vita*, cum ab impiis au-
 direntur. *Nota III.* Quodcunq; itaq; *Verbum Spiritus & vitæ* est,
 sive Spiritu ac vitâ animatum atq; instructum, illud non est instru-
 mentum ἀνεργον & inanimatum, aut signum merè σημαντικόν, sed me-
 dium ἐνεργητικόν & efficax, divinitus ordinatum ad spiritum & vi-
 tam conferendam, effectusq; spirituales & vitales producendos, suâ
 nim. naturâ & vi divinæ ordinationis. Atqui *Verbum DEI* prædi-
 catum & scriptum *Spiritus est & vita*, sive Spiritu ac vitâ animatum
 atq; instructum. E. item, Quod naturâ suâ, sive ex proprietate &
 perfectione nativâ *Spiritus est & vita*, ac divinâ vi atq; efficacia præ-
 ditum, illud utiq; non in usu demum spiritu & vitâ animatur vel vi
 vivificandi à Spiritu S. donatur, aut efficax esse incipit, ut contem-
 dit Movius in Discursu Theol. F. 4. pag. 1. & in chartâ diffamatoriâ
 (contra

(contra D. Behm.) G. 3. pag. 2. ubi inquit; Gott der Herr hat seinem Worte ausser dem Gebrauch keine Lebenskræfte zugeordnet / dervwegen es kein absurdū est, wenn man sagt / daß Gottes Wort ausser seinem rechten Gebrauch todt sey. Sed efficax etiam est ante & extra omnem usum, Atqui Verbum DEI naturâ suâ, seu ex proprietate & perfectione nativâ Spiritus est & vita &c. E. non in usu demum Spiritu & vitâ animatur, vel vi vivificandi à Spiritu S. donatur, aut efficax esse incipit. Excipit jam dictus *Casspar Movius*, Christum non loqui de verbis suis in se, sed ut sunt in legitimo suo usu. Sic enim in kurzen Bekântnis / cap. VIII. p. 38. inquit; Johan. 6. v. 63. nennet Christus sein Wort Geist und Leben; Aber er sagt ausdrücklich / die Wort / die ich rede / sind Geist und Leben. Respon. Ideò dicit Christus, *Verba, quæ loquor*, ut ostendat, se non loqui tantum de Verbo *ἐν ἑαυτῷ*, sive mentali & interno, sed etiam *ἐξ ἑαυτοῦ* sive externo. Ita *Theologi Witeberg.* im Bedencken von den Schrifften *Rathmanni*, pag. 30. Ob schon Johan. 6. v. 63. das Wort genennet wird Geist und Leben / so ist doch solches nicht nur von dem innerlichem / sondern auch vom äußerlichem Wort zu verstehen / wie dann der Herr Christus klârlich spricht; Die Wort / die ich rede / die sind Geist und Leben / quod contra eundem *Rathmannum* notandum, qui passim in Scriptis suis Verbo DEI *ἐξ ἑαυτοῦ* sive externo omnem intrinsecam vim vivificandi denegat, ut supra demonstratum. *Nota V.* Quando ex hoc Christi effato realem verbi prædicati efficaciam probamus, excipiunt quidam *Calviniani*, nominatim *Nic. Arnoldus* in *Vindic. & Conciliat.* LL. V. & N. T. part. II. pag. 192. ad h. l. *Id quod de Verbo à Christo ipso prædicato dicitur, non quadrare in omne Evangelium, à quovis ministro prædicatum. Quia nunquam ita loquutus est homo, sicut Christus Joh VII. 46. docebat enim, ut habens auctoritatem* Matth. VII. 29. Ast verba Christi non tantum tunc, quando ab ipso proferebantur, Spiritus erant & vita, sed & nunc, quando literis sunt consignata & in Scripturas redacta, vel etiam quando significanter & sermone vernaculo proponuntur, Spiritu & vitâ sunt prædita. Eundem enim conceptum divinum & sententiam menti divinæ conformem etiamnum in mente nostrâ generant, quam olim tempore Christi & à Christo enunciata, in animis hominum generabant, & sic efficax medium sunt ex DEI ordinatione, mentis oculos caligantes

gantes illuminandi, cor contritum & viribus defectum recreandi, & corroborandi, mortuos in peccatis vitæ restituendi &c.

II. Ἰεσεως nostræ fundamentum sumimus ex *Rom. I. 16.* ubi inquit Apostolus, ἡ δὲ ἐπιχειρομα τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος, δύναμις δὲ θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, ἰσθῆναι τε πρώτον, καὶ ἔσθῆναι. *Non enim erubesco Evangelium Christi, virtus enim DEI est ad salutem omni credenti, Judæo primùm & Græco. Nota I.* Dicti hujus, (quod Apostolus, judice *Estio*, Com. in h. l. brevissimè complexus est totam hujus Epistolæ principalem materiam) subjectum est εὐαγγέλιον τῆς χάριτος *Evangelium Christi*, (vulgata nomen *Christi* omisit, quod tamen maximè est Emphaticum.) *Svenckfeldius* per *Evangelium* h. l. intelligit ipsum *Christum*, λόγον ὑποστατικόν, vel Verbum DEI substantiale, vide Tom. I. Oper. pag. 319. 320. 331. 332. Tom. II. vel parte primâ Epistolarum pag. 779. Tom. III. vel parte secundâ Epistol. p. 231. 404. 453. Emblemata *Svenckfeldiana* hæc sunt; Das mündliche Evangelium ist nicht Gottes Krafft / ob es wohl davon prediget / 2. Es ist ein grosser Unterscheid inter literam & Spiritum, zwischen dem mündlichen dienstlichen Wort der Predigt / und dem lebendigen kräftigen Wort Gottes / welches allein uns selig machet / und ist Jesus Christus der Herr / 3. Paulus redet *Rom. 1.* von dem Geheimniß des Evangelii, welches Christus selbst ist / und nicht vom Dienst und euserlichen Predigt / 4. das Wort Evangelium hat mehr weder eine Bedeutung / ist æquivocum; An dem Ort / da es Paulus Gottes Krafft heisset / die uns selig machet / kan nichts anders / denn Christus dadurch verstanden werden / weil keine andere Krafft Gottes ist / denn Christus / wie es Paulus selbst ausleget / *1. Corinth. 1.* Sed licet *Christus* λόγος nomine in Scripturis veniat, nullibi tamen *Evangelium* appellatur, ut mirum sit, hoc ipsum quoq; *Adamum à Conzen Jesuit.* contra omnem loquendi usum statuere Com. in h. l. Et Apostolus expressè *Christum*, DEI Filium ab *Evangelio* distingvit, cum ait, *Evangelium Christi*, h. l. *Evangelium Filii DEI* vers. 9. & *Evangelium de Filio DEI* v. 2. Dicitur autem *Evangelium Christi* 1. ratione cause efficientis, quia per *Christum* revelatum & ex sinu Patris ad nos delatum. *Joh. 1. 18.* 2. ratione objecti, quia de *Christo*, ejusq; beneficiis agit, & 3. ratione finis, quia ad *Christum* ducit. *Evangelium* itaq; non est ipse DEI Filius, ipse *Christus*, sed prædicatio de Filio DEI, de *Christo*.

Christo. Hinc summam Evangelii Chrysoftomus hanc esse dixit; *DEI Filium factum hominem, propter nos crucifixum resurrexisse.* Nec obstat, quod hinc de Evangelio *δύναμις θεῶν* prædicetur, non enim eo sensu Evangelium dicitur potentia DEI, quo Christus dicitur *δύναμις θεῶν*, virtus seu potentia DEI I. Cor. I. 24. qui est hypostatica DEI virtus seu potentia, sed dicitur *δύναμις θεῶν*, quia *divinam vim ratione divini sensus habet insitam, quæ in prædicatione, lectione & meditatione ad hominum conversionem, illuminationem, vivificationem & salvationem sese exerit*, ut docet B. Gerhardus, Avunculus meus desideratis. Com. in h. l. nosq; porro pluribus dicemus. *Nota II.* Nec notat in hoc loco Paulino vox *Evangelii ipsa mysteria, vel res Evangelio contentas*, puta Filii DEI incarnationem, Passionem, mortem, merita, beneficia, sacramenta &c. ut volunt Bellarminus lib. II. de Sacram. cap. XI. Cornel. à Lapide, Tirinus & Menochius in Com. h. l. (aliud enim est Evangelium & aliud beneficia, quorum *ὄχημα* & *δοχεῖον* est Evangelium,) sed *Καθηλισμὸν* seu prædicationem de Incarnatione, passione, morte &c. Filii DEI, *λόγον τῆς σταυρῆς*, sermonem crucis sive de cruce, qui pereuntibus stultitia est, nobis autem servatus *δύναμις θεῶν*, potentia DEI I. Cor. I. 18. quod patet ex ipso contextu; Non enim dicit Apostolus, se non pudere mysteriorum DEI, seu articulorum fidei, sed dicit, se non pudere ipsius prædicationis Evangelii, sive Evangelizationis, inquit enim vers. 15; *Promptus sum, & vobis, qui Romæ estis, Καθηλισάμενος*, rationem addit v. 10. *Non enim me pudet Evangelium Christi &c.* Evangelium ergò, cuius Paulum tanquam *fabulæ de Jesu quodam crucifixo*, Actor. XXV. 19. coram mundo pudere poterat, erat externa de Christo, ejusque beneficiis prædicationis. Adeoq; loquitur Apostolus, de Evangelio, non quatenus id menti suæ à Spiritu S. immediatè erat infusum, seu de *Verbo aliquo interno* (nam quæ animò duntaxat foventur & aluntur, de iis propriè dici nequit, quod ea erubescamus) sed de Evangelio, quatenus id evangelizatione sive externâ prædicatione & vivâ voce ipsemet manifestabat & proponebat, hoc est, de Evangelio quâ prædicato, de Verbo *ᾠροεικῶ*, ad quod se vocatum & segregatum esse ait v. 1. de Evangelio, quâ id prædicare Romæ discupiebat v. 15. de ministerio prædicationis, cuius se non pudere profitetur, v. 16. in quo justitia DEI revelatur, v. 17. hoc est, ut Fanatici vocant, de *ver-*

bo DEI Externo. Perperam itaq; *M. Rathmannus* hunc locum *Paulinum* ad verbum internum, menti & animo Apostolorum, afflatu quodam divino infitum, torquet in notis quæst. 10. p. 32. Rectè *Ambrosius* ad h. l. *Prædicatio Apostolica virtus DEI est, quæ invitat ad fidem & dat salutem omni credenti, dum peccata donat & justificat, ut à secundâ morte detineri non possit.* *Nota III.* Sermo hîc Paulo est de Evangelio, non quâ id *Electis* tantum annunciat, sed quâ id inter omnes gentes prædicatur ad erigendam *ὁμολογίαν πίστεως*, obedientiam fidei v. 5. Neq; enim Apostolus aliud Evangelium Electis, aliud Reprobis prædicabat, sed unum, idemq; Evangelium, de Christo, omnium hominum Mediatore omnibus sine discrimine Electorum & reproborum annuntiabat, ut omnes ad obedientiam fidei adduceret. Unde Apostolus Petrus non sui respectu tantum, sed respectu effectus ordinarii prædicationem Christi vocat *verba vite æternæ*, Joh. VI 68. & regenerationem nostram adscribit Verbo, non cuiusdam singulari, solis Electis destinato I. Epist. 1. 23. sed Verbo Domini, quod Evangelizatum est inter vos, h. e. quod à me & aliis Apostolis Vobis prædicatum est, ut inquit v. 25. quod contra *Calvinianos* observandum, qui statuunt, ideò Evangelium vocari potentiâ DEI, quod potentia DEI ergâ Electos tantum, per illud exeratur, ut *Molinæus* in *Anatom.* cap. 46. §. 5. & *Synodici* pleriq; item *Paxens* in *Com.* h. l. *Nota IV.* De hoc ergò Evangelio Christi, externè seu vivâ voce prædicato & publicè inter gentes quaslibet professo affirmat S. Apostolus, quod sit *δύναμις θεῶν, potentia DEI.* Dicitur autem Evangelium *δύναμις*, abstracto pro concreto, seu substantivo pro adjectivo posito, insignis ἐπιθέσεως καὶ ἐνεργείας gratiâ. Quæ emphatica abstracti usurpatio facit, ut in superlativo gradu adjectivum, quod per abstractivam vocem effertur, exponi commodè possit & idem sit, quod *potentissimum & efficacissimum medium* propagandæ fidei & salutis, ut sit I. Cor. I. 18. 21. 2. Cor. V. 21. Luc. IV. 32. Joh. XVII. 17. Eph. V. 8. &c. vide *D. Glassium* Phil. Sac. lib. III. tract. 1. Can. 7. p. 13. seq. *Quoties abstractum sumitur pro concreto, in prædicatione excellentiam quandam formæ in subjecto significari, quæ ab eo excludat, quicquid repugnat nature formæ significatæ per abstractum*, Philologorum est observatio, quam inculcat etiam *B. D. Dorscheus* in dissertatione Theol. de LXX. Hebdomadibus Danielis, artic. V. §. XLV. Rectè

B. Feur-

B. Feurbornius in Com. ad h. l. p. 13. *Apostolus, inquit, ut indicet, Evangelium esse non vulgariter sed divine potens & validum ad nos salvandos, propterea Evangelium hic non vocavit δυνατὸν τῷ θεῷ quod tamen facit 2. Cor. 10. v. 4. sed δυναμὶν θεῶν; sicut verbum DEI, quia non est vulgariter & fallibiliter sed divine verum, ideo est & dicitur ipse veritas Job. 17. v. 17. Intelligitur autem hic voce δυναμῆως virtus, facultas & efficacia, seu vis divina ordinata, Verbo Evangelii indita, per quam DEUS pro suo beneplacito constituit homines convertere, regenerare, illuminare, sanctificare &c. Nota V. Non est potentia illa Evangelii tantum *objectiva, significativa* seu *representativa*, qualis est imaginis vel statuæ Mercurialis, sed *realis, effectiva, ordinata & proportionalis ἐνεργεια*, vis & efficacia ad hominis conversionem & salutem. Ipsum enim Evangelium dicitur δυναμὶς θεῶν εἰς σωτηρίαν, quomodo *arma militiae nostrae* dicuntur δυνατὰ τῷ θεῷ ad demolitionem Satanicæ malitiæ 2. Cor. X. 4. quod non *significare*, sed *potentiam exercere* notat, sic 2. Tim. III. 15. τὰ ἱερὰ γράμματα dicuntur δυναμὲν ἡμᾶς πρὸς σωτηρίαν εἰς σωτηρίαν, seu efficax medium ad finem istum, nos instituire videl. ad salutem, ordinata, ut benè docet B. D. Wellerus in Com. in Ep. ad Rom. in h. l. p. 51. Nota VI. Hæc potentia non est ab Evangel. divulsa, nec ei ab extrinseco advenit, sed ipsi sèper inest. Apostolus n. loquitur de natura omnis prædicationis Evangelicæ, & dicit, quod ipsum Evangelium sit potentia DEI ad salutem, hoc est, quod talem vim & potentiam divinitus insitam atq; intrinsecam semper habeat, non, quod DEUS, quando hoc medio utitur, inæqualem vel ambulatoriam pro libitu ipsi vim indat, vel quod primùm in usu suo legitimo per unionem aliquam ὁραματικὴν & accidentariam Spiritus S. elevationem, potens evadat. Nam quodcunq; Verbum est potentia DEI ad salutem, id intrinsecâ potentiâ atq; virtute, in se ac per se, præditum sit, oportet, etiam ante & extra usum & operationem, (h. e. licet prædicatio, auditio, lectio aut meditatio non accedat) actu scil. primo. Potentia enim DEI actum primum virtutis divinæ designat, non verò actum solum secundum, quod contra Rathmannum & Cass. Movium observandum, qui statuebant, Verbum vel Evangelium esse potentiam DEI non actu primo, sed secundo, non extra usum i. e. extra prædicationem & auditionem, sed in usu adeoq; Verbum DEI neq; propriam, neq; communicatam habere*

virtutem & potentiam divinam convertendi & salvandi homines, accipere autem illam demum in legitimo usu, ubi Spiritus S. extrinsecus ad Verbum accedat virtute sua vivificandi. Atq; sic non relinquunt Evangelio potentiam, nisi remotissimam & obedientialem, das es können zum Werkzeuge des Heiligen Geistes werden/und hernach zugleich mit ihm wirken/ sed talis potentia est potius privatio potentiae agendi & virtutis operandi, in subjecto, vide *D. Myslente* Movium Hæreticum pag. 62. seq. Loquitur quidem Apostolus Paulus de Verbo DEI in usu, seu de Evangelio externè prædicato, ut supra notâ II. ostendimus, non tamen ait, quod solum in usu & officio suo sit potentia DEI ad salutem. Non itaq; solum potentia DEI est Verbum DEI, cum agit aut operatur, sed & in se & ante usum, vel operationem verè est potentia DEI, ut operari possit, seu actu primo. Sicut enim etiam extra usum prædicationis & auditionis manet Verbum divinum, Verbum vivum, Verbum salutis & semen incorruptibile, nos regenerandi, ita quoq; extra usum & exercitium nostrum in se est & manet potentia DEI ad salutem. Rectè B. *Lutherus* Tom. II. Jenens. Germ. fol. 144. p. 2. Das Wort Gottes ist Allmächtig/und Gottes Krafft Rom. I. fol. 312. Das Wort ist eine Göttliche und ewige Krafft/wiewohl das Wort gering ist/und nichts scheint / weil es aus dem Munde gehet / so ist doch so eine überschwengliche Krafft drinnen (en actum primum) das es die/so dran hangen/Gottes Kinder machet (en actum secundum) *Nota VII. Rathmannus* contendit in Verbis Apostolicis esse Synecdochen, in der Väter beständigen Lehr pag. 103. in der Erinnerung pag. 11. 23. 27. In der Glaubens-Posaun pag. 19. & 20. in den Zeugnissen Lutheri, pag. 9. 10. & alibi passim. Hanc Synecdochen ita describit in der Erinnerung pag. 24. nach welcher art zu reden dem einen Theil dasselbe zugerechnet wird/was des andern ist / weil zwei Dinge im rechten Gebrauch zusammen kommen/ vel ut loquitur in der Väter beständigen Lehr / weil das Evangelium uns vortrage und offenbare Gottes Krafft / in den Zeugnissen Lutheri p. 10. weil das Evangelium und Gottes Krafft zusammen sind im gebrauch/ und der Heil. Geist durchs Evangelium und also durch sein Mittel im gebrauch wircket. Resp. Apostolus ipsum Evangelium facit potentiam DEI; *Rathmannus* verò cum affectis suis potentiam DEI ab Evangelio distinguit, dicitq; Evangelium non esse ipsam potentiam DEI, sed Spiritum S. per Evangelium, tanquam
per

per ὄργανον, seu instrumentum passivum potentiam suam in conver-
tendis & salvandis hominibus exerere (sicut δευδερτόμ & potentiam
fisionis exerit per securim, nam hoc simili sæpius utitur, uti dictum,)
sine communicatione divinæ potentiaæ seu actus primi. Unde mani-
festum evadit, Spiritum Rathmannianum ex Verbo DEI ὄργανον seu
instrumentum facere passivum, in se ἀψυχον, inanimatum, omni pri-
mo actu divinæ potentiaæ prorsus destitutum, ut supra in observatio-
nibus ad thesin demonstravimus. Rathmannianis pollicem premunt
pleriq; Calviniani. Nec plus ενεργείας aut potentiaæ Verbo DEI largiun-
tur, quàm securi & aliis instrumentis in se ἀψυχοις, seu inanimatis
Theod. Beza parte secunda Q. & Respons Christianar. ad quæstionem
230. p. 360. Volum. Tertio Tractat. Theol. scribit, *Locutionem hanc A-*
postolicam esse figuratam, & in specie Metalepticam, quia ponatur effe-
ctus pro causa instrumentali ὡς ενεργεία, vel subserviente; Evange-
lium est potentia DEI ad salutem, hoc est, instrumentum, quo effici-
rer utitur ad nos servandos. DEUS. In alterâ vero Apologiâ ad Fran-
cisco. Claudium de Xaintes pag. 342. in secundo Volum. Tractat. Theo-
log. ita se explicat; *Tum Verbo simplici, tum sacramentis tanquam or-*
ganis quibusdam sic utitur Spiritus S. ut tamen solus propriè in cordibus
nostris agat, nos intus immutans, illustrans, fidemq; ipsam & gignens in
nobis, & Christo recipiendo efficacem reddens. Post pauca; *Verbum au-*
ribus insonans & sacramenta in oculos incurrentia sic adhibentur à
DEO, ut quamvis minimè vana sint vel otiosa, tamen dici nec possint, nec
debeant DEO ενεργεῖν, sed cause sunt duntaxat ὡς ὄργανον ἀνευ, (sine qua
non) *ac ne id quidem simpliciter & absolutè.* Idem; *Verbum & sacra-*
menta veluti vasa sunt, non quibus nutrimur, sed in quibus vel apposi-
tes cibos fide percipimus, siquidem res significata videntur quodammo-
do signis suis contineri. Quomodo Pareus ludat in præsentis loci A-
postolici explicatione, si conferatur ejus Exeg. Germ. fol. 80. & 81. do-
cet D. Balduinus in Com. ad h. l. Quæst. V. pag. 19. ubi tandem; sub-
jicit; *Ex his apparet, Organon efficax Pareo, Beza, ac sociis idem esse ac*
significans ea beneficia, quæ DEUS solus confert, vel medium aut orga-
non declarans & significans ea, quæ solus DEUS suâ vi interno homini
prestat. D. Behm. in Collegio AntiRathmanniano ad ἑντρία XXVIII.
thesi VII. quærit; *qualis sit propositio; Evangelium est potentia DEI*
ad salutem, & respondet, omnium tutissimum est, si cum B. Luthero &

aliis Orthodoxis Theologis in subjecto (hoc est in voce Evangelii) *συν-
αλοκην* statuamus & per Evangelium non tantum intelligamus exter-
nas Evangelii voces, nec solum externam Evangelii predicationem, sed
gratiosam divinae potentiae cum Evangelio unionem, qua potentia ab A-
postolo in praedicatione exprimitur ad modum sacramentalis unionis: Hoc
est corpus meum. Hoc sensu Apostolica propositio est Synecdochico-
Grammatica. Hoc modo & B. Chemnitius hanc propositionem Aposto-
licam resolvit cum Luthero in tractatu de Coena cap. 4. non procul à fi-
ne. Hæc ille. Nota VIII. Photiniani, ut Socinus in Praelection. c. 5 &
Arminiani, ut Arminius ad triginta & unum articulos falsò sibi im-
positos, in artic. 15. statuunt, Evangelium ideò dici potentiam DEI,
quod DEUS ratione persuadendi concinnâ & aptissimis mediis fidem per-
suadeat, ut ob verisimilitudinem non possint non assensum præbere homi-
nes, & hinc Evangelium dici δυνατὸν, non secus ac Apollo δυνατὸς
ἐν ταῖς γρηγοῦσι Act. XII. 24. Cicero, Demosthenes & alii potentes
in persuadendo dici possunt, sed quid ad hoc Pelagianū dogma respō-
dendū sit, dixim⁹ supra Obs. VII. Conf. D. Wellerū in Com. ad h. l. p. 50.
Nota IX. Dicitur ab Apostolo Evangelium potentia DEI εἰς σωτη-
ρίαν, ad salutem, unde, & εὐαγγέλιον σωτηρίας vocatur Ephes. I. 13.
Prædicatum hoc tribuitur Evangelio, non ratione externi soni, vel
literarum, vocum, apicum, &c. sed ratione interioris sensus, &
conceptus divini; interim nec vox à prædicato, nec Scriptura à
scripto Evangelio separari debet. Salus autem intelligitur non cor-
poralis & temporaria, sed spiritalis & aeterna. Hæc enim meta est,
ad quam nos ducit Evangelii doctrina, salus sc. aeterna. Rectè Chry-
sostomus Serm. III. Evangelium est potentia ad salutem, h. e. salutis &
vitæ causa, salutis & iustitiæ operativum, sed quibus? non simpliciter
omnibus, inquit porro S. Pater, sed illis tantum, qui illud amplectun-
tur. Omnibus quidem prædicatur, sed non ab omnibus creditur, omni-
bus salutem offert, sed non confert nisi credentibus. Cornelius à Lapide
Com. in h. l. inquit; Hanc Apostoli sententiam extendi quoq; posse ad
salutem corporis, cum sit generaliter vera. Nam, ait, Evangelium
est virtus & causa instrumentalis salutis & vitæ non tantum futurae,
sed etiam presentis, idq; non solum voce, sed etiam scripto &c. Atq;
hinc orta est consuetudo fidelium, ut Evangelium S. Iohannis contra
venena, veneficia, & morbos, aliq; incommoda gestent, & circumse-
vant.

rant. Sed 1. Cornelius ipse statim subjungit: *Verum Apostolus proprie non de corporali, sed de spiritali salute hic loquitur.* Ergo ex hoc loco elici nequit; Evangelium appensum è collo & gestatum, corporalem afferre salutem. 2. nusquam patere illius consuetudinis vel potius superstitionis, divinam institutionem, nusquam promissionem, eamq; à SS. Patribus passim refelli, diximus statim ab initio hujus Exercit. *Nota X.* Dicitur porro Evangelium potentia DEI ad salutem *πᾶσι τῷ πιστεύοντι, omni credenti*, h. e. qui potentiae huic DEI ordinatae, praedicationi vid. Evangelii & Spiritus S. operationi, cui illa subordinata est, ex malitiâ, seu contumaciter non refragatur & resistit, sed Verbum DEI, per quod Spiritus S. in ipso efficaciter operari vult, serio recipit, eiq; sincerè obtemperat Rom. X. 16. 17. 1 Tim. IV. 16. confer *Formul. Concord.* pag. 807 808. Extendit sese illa potentia ad omnes in universum homines, estq; Evangelium per naturam suam salutare medium omnibus audituris, licet actu in salutem vergat solis credentibus. Adeoq; non amittit suam efficaciam Evangelium, quando reprobis & induratis praedicatur, licet in illis eam actu non exerat propter impedimenta & obstacula ab illis proveniente, nec desinit esse medium efficax conversionis, licet illi actu non convertantur. Et ita Evangelium per accidens fit inefficax, non potentiae defectu, sed malitiae motu, quo ejus operatio impeditur. Sic licet auditores Stephani aures obturarent Actor. VII. 57. nihilominus tamen Verbum DEI efficax manebat, quod Stephanus praedicabat, quamvis vim suam propter corda obdurata exerere non posset. Falsum ergo, quod asserit *Nicol. Arnoldus*, Doctor Calvin. in *Vindic. & Conciliat. LL. Scripturae V. & N. T.* parte II. pag. 275. ad h. l. *Esse Evangelium potentiam DEI ad salutem credenti, cujus cor DEUS ferit & aperit, non naturâ suâ.* Licet enim non sit potentia DEI, actu scil. secundo nisi credenti, est tamen potentia DEI naturâ suâ scil. actu primo. *Nota XI.* Addit denique Apostolus, *ἰσθαίω τε πᾶτων, καὶ ἔθνη, Judaeo primùm & Graeco.* Objectum igitur in quod *δύναμις* & virtus Verbi DEI agit, sunt *Judaei & Graeci*, hoc est, *omnes homines* (nam in Judaeos & Graecos Scriptura totum mundum distribuit,) absq; ullâ personarum acceptione. *Nota XII.* Effectus primus Verbi divini est *fidei donatio*, ut notitia DEI in intellectu oriatur ex verbo revelato. Verbum DEI enim (à quo

quo

quo Spiritus S. assistentia inseparabilis est,) non tantum objectum credendum illustrat, ut intellectus illustratum illud objectum recipere possit, sed & subjecto h. e. intellectui lumen infert, ut illi assentiri queat, ac simul voluntati novas vires confert, ut illud per fiduciam sibi applicare & appropriare valeat. Alter effectus est *salus*, quæ confertur homini, partim in hac vitâ scil. in ejus justificatione, quæ est Salus inchoata, partim in alterâ seu æterna vita scil. in ejus glorificatione, estq; salus consummata. Conf. Joh. V. 39. *Ex auditu Evangelii verè est fides* Rom. X. 17. & salus I. Cor. I. 21. 2. Tim III. 15. Hinc argumentamur; Quicquid in se & intrinsecè divinam potentiam habet, notitiam DEI & fiduciam in Christi meritum donandi & excitandi ac æternam salutem conferendi, illud non tantum extrinsecus & objectivè saltem docet, monstrat & ostendit, sed intrinsecus in corde hominis contumaciter non reluctantis veram fidem (quâ solâ vitam æternam consequimur) verè & efficaciter operatur. Atq; Verbum DEI à Paulo Evangelizatum in se ac intrinsecè divinam potentiam habet, notitiam DEI & fiduciam in Christi meritum donandi & excitandi &c. E. vel: Quicquid est potentia DEI ad salutem omnium credenti, h. e. excellenter potens, seu potentissimum & efficacissimum fidei & salutis conferendæ medium, ex DEI ordinatione, ad finem hunc consequendum aptum, per quod & cum quo Spiritus S. operetur & fidem accendat in omnibus, qui potentia huic DEI Verbo Evangelio indita, non repugnant, illud non est ὄργανον ἄεργον & inefficax ad fidem & conversionem efficiendam; sed Evangelium à Paulo prædicatum & scriptum est tale, E.

III. Θεσεως nostræ fundamentū suppeditat nobis Apost. I. Thes. II. 13. *Διὰ τὸ τοῦ ἡμῶν ὁ χάρις ἔργον τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι ὡς λαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τῶ θεῷ, ἐδέξατο ἔ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθὼς ἢ ἢ ἀληθῶς) λόγον θεῷ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πνεύμασιν. Ideo ἔ nos gratias agimus DEO sine intermissione, quoniã cum accepissetis Verbum auditus à nobis, DEI, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum DEI. qui ἔ operatur in vobis, qui credidistis. Nota I. Laudantur hîc Thessalonicenses, quod sermonem, quem ex Pauli & sociorū, quibus in mundo nihil erat contemptius, ore audiverant, non rejecerint, sed exceperint, non ut sermonem hominum, sive ut doctrinam recens ab hominibus ingeniosè excogitam,*

tam,

tam, sed ut Verbum ipsius æterni DEI, licet ab omnibus prædicatum. Diximus alibi, ὡς λαμβάνειν h. l. juxta nonnullos, significare perceptionem verbi prædicati, quæ viribus naturæ peragitur, δέχεσθαι verò receptionem per immotum fidei assensum, qui non est ex nobis, neq; ex virtute naturæ, sed gratiæ & Spiritus S. Sic quoq; hæc vox accipitur pro fideli & salutari assensu, Actor. VIII. 14. cap. XVII. II. I. Cor. II. 14. &c. Opponuntur ergò hîc, *suscipere, ut verbum hominum* i. e. ut dubium & incertum, aut ut probabile saltem, aut humanâ solùm ratione vel autoritate firmatum, quod tantum opinionis assensum meretur, & *suscipere, ut Verbum DEI*, i. e. ut certum, firmum & infallibile, quod indubitatâ fide credendum. *Nota II* Describit Apostolus Verbum à se prædicatum I. à causâ efficiente, seu autore, qui est DEUS, quod scilicet sit ἀληθῶς, verè DEI verbum, q. d. Sermo, quem recepistis ut sermonem DEI, est verè sermo vel verbum DEI, 2. ab effectu, inquit, ὅς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. Particula ὅς referri potest tam ad θεὸν, DEUM, quàm ad λόγον, sive sermonem. Ad DEUM referunt *Anselmus Cantuar.* T. II. Oper. Com. in Ep. I. ad Thessal. f. 329. itemq; *Lombardus*, quos sequuntur *Jac. Tiranus* & *Cornel. à Lapide* ad h. l. Ad sermonem verò referunt *Ambrosianus*, sive *Ambrosio* inscriptus *Commentarius*, *Augustinus* de Prædestin. Sanctor. cap. XIX. & pleriq; Interpretum. Et rectè. Relativum enim ὅς non ad DEUM, sed sermonem s. λόγον referendum esse, ostendit tum scopus Apostoli; propositum enim ipsi erat commendare sermonem Evangelii à se prædicatum, à divinâ, quam spiraret, vi & efficacitate, tum addita particula καὶ, ὅς καὶ ἐνεργεῖται, qui & operatur in vobis, q. d. non tantum prædicavi Vobis Verbum DEI, sed & ita prædicavi, ut illud operetur in Vobis fidem, ut exponit *B. Balduinus* Com. in h. l. Verbum ἐνεργεῖται nonnulli passivè accipiunt, ut *Theophylactus* & *Estius* Comment. in h. l. ut sensus sit; *Quod verbum agitur, exercetur, incitatur* (nim. agente DEO) *in vobis, qui credidistis* i. e. qui illud, velut semen quoddam fructiferum fide suscepistis, agitur autem ad omne genus piarum actionum, ut inquit *Estius* loc. alleg. pag. 720. Sed rectius activè accipitur. Gratias enim agit Paulus pro sermonis Evangelici, ut dictum, efficacità, quàm is egregiè in Thessalonicensibus credentibus sive fide sermonem Evangelicæ prædicationis amplectentibus exerat. Sed quid efficit & operatur Evangelium

gelium auditum & receptum in credentibus? ἐνεργεῖται, inquit Apostolus, scil. mentem reformat & illuminat, cor purificat, in voluntate veram fiduciam gignit, charitatem & spem inconcusam, constantiam infractam, patientiam & lætitiã in adversis excitat. Deinde non dicit vobiscum, quasi partim Verbum DEI, partim ipsi Thessalonicenses operentur, sed ἐν ὑμῖν, in vobis, ut ἐνεργεῖται seu efficacia omnis sit DEI & verbi divini, non hominis ex naturæ suæ viribus. Rectè Flacius in expositione hujus loci pag. 1011. *Summa*, inquit, *est efficacia Verbi DEI, (DEUS enim per id agit,) sive legis ad mortificandum, & instar mallei, conterendum peccatorem: sive Evangelii, ad vivificandum eum, cum sit potentia DEI ad salutem omni credenti.* Est itaq; hoc solidum argumentum contra Svenckfeldianum Fanatismum, quod scil. Externa prædicatio à Paulo facta, sit verè Verbum DEI & efficacissimum medium ad generandam fidem, conversionem & salutem.

IV. Producimus ad probandam thesin nostram dictum Hebr. IV. 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργητικὸς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πάσαν μάχαιραν δίκομον, καὶ διεικνέμενος ἀφ' ἑαυτοῦ μερισμῶς ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἀερίων τε καὶ μυελῶν. *Vivus enim est sermo DEI & efficax & penetrabilior quovis gladio ancipiti, & pertingens usq; ad divisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum.* Nota I. Consideranda hîc, 1. *Subjectum*, 2. *attributa*. Subjectum est λόγος τοῦ θεοῦ, Verbum DEI. Quamvis interpretes nonnulli, ut Hieronymus in cap. 66. Esaiæ, Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel cap. 8. lib. IV. de Fide cap. 3. & lib. II. in Lucam, Cyrillus Alexandr. lib. II. in Joh. cap. 37. Theodoretus, Oecumenius & Anselmus, in h. l. ex Patribus; Thomas Aquinas, Glossa utraq; Lyranus, Cajetanus, Stapletonus, Francisc. Ribera, Menochius, Tirinus, Cornel. à Lapide, Justinianus Comment. in h. l. ex Scholasticis & Pontificiis, Jacobus Capellus in Observat. in N. T. ad h. l. pag. 141. Franciscus Junius Parallelor. Lib. III. Tom. I. Oper. Col. 1169. Heinsius in Exercitat. pag. 558. Franc. Gomarus in Analyâ Epist. ad Hebr. pag. 622. Oper. ex Calvinianis, itemq; Rathmannus in der beständigen Lehre der Väter p. 106. cum alleclis, & Fanatici omnes per λόγον θεοῦ hîc λόγον ὑποστατικόν, seu Verbum increatum, ipsum DEI Filium intelligant; tamen de Verbo DEI ἀποφορικῶς, scripto & prædicato locum hunc interpretantur

prætantur ex Patribus *Albanasius* Tom. I. Orat. 3. contra Arianos pag. 242. *Cyprianus* de Baptismo Christi, *Augustinus* Tom. II. Epist. 58. ut & lib. XX. de Civit. DEI cap. 21. *Chrysoſtomus*, *Theophylactus* in h. l. *Philo Carpathius* in Cantic. Cantic. cap. III. v. 8. *Fulgenius* Epist. 2. ad Gallam de ſtatu Viduit. pag. 466. *Andreas Caſarienſis*, *Arcias* & *Primasius* in cap. 1. Apocal. ex Pontificiis *Bellarminus* lib. IV. de Ecclef. cap. 12. *Adam Sasbethius*, *Gvil. Estius*, *Stapletonus* (ſibi hac in parte contrarius) libro II. de principiis cap. 2. & alii, ex Calvinianis, *Beza* in annotat. majorib. ad h. l. *Piſcator*, *Pareus*, *Arcius* in Comm. & notis ad h. l. *Job. Camero* in Reſponſ. ad quæſt. in Epist. ad Hebr. pag. 400. Oper. *Toffanus* in Prælect. in Epist. ad Hebr. pag. 447. *Chamier* Panſtrat. Cath. Tom. I. Lib. VI. cap. 5. p. 77. a. Et è noſtratibus ferè omnes, quibus & nos adſtipulamur, nixi his rationibus 1. quia Nominis τὸ λόγος pro Filio DEI uſurpatio ſolè Evangelistæ Johanni in N. T. eſt peculiaris, & nec apud Paulum, nec apud alium Evangelistarum aut Apoſtolorum uſpiam reperitur. Et cur Paulus, qui in hac Epistolâ Chriſtum & Filium DEI expreſſè paſſim nominat, hoc loco vocet λόγον τὸ θεῶν? 2. Quia præter caput II. & III. etiam hujus ipſius capituli quarti verſus 2. 6. 7. & 11. clariffimè oſtendunt, ſermonem Apoſtolo eſſe de Verbo DEI prædicato. De tali enim λόγῳ ſive ſermone agit, qui ad Iſraelitas eſt factus, qui per Apoſtolos eſt εὐαγγελιωθεῖς, annunciatus, qui eſt λόγος τῆς ἀκοῆς, i. e. ἀκρόασις, ſermo auditus, ſive quem audierunt Iſraelitæ, v. 2. qui per Φωνήν, vocem eſt prædicatus v. 7. qui per incredulitatem ab audientibus eſt rejectus v. 6. 11. & hunc demum ſermonem DEI dicit v. 12. eſſe vivum & efficacem. Intelligitur E. hîc ὁ λαληθεῖς λόγος ſermo, quem DEUS Pater & ipſe Filius loquutus eſt, Hebr. I. 1. & 2. Joh. XII. 48. XV. 3. 3. quia agit Apoſtolus de fide habendâ Verbo promiſſionis & comminationis divinæ, quo nos DEUS vocat & invitat εἰς τὴν κατὰ παύσιν, ad requiem, ſed hoc verbum eſt doctrina legis & Evangelii, ſcripta, lecta, prædicata, audita. 4. quia non videtur perſonæ convenire, ut dicatur efficax, penetrantior quovis gladio ancipiti, pertingere ad diviſionem animæ & Spiritus &c. Et ſi vel maximè hæc perſonæ tribui poſſent, tribuerentur tamen illi reſpectu actionis, atq; in hoc genere actio divina eſt Verbi prædicatio. Primò ergò & proximè iſta Verbo DEI ſcripto &

prædicato competunt. 5. quia innuit hoc etiam particula $\gamma\delta$, Vivus enim est sermo DEI, quæ haud dubiè notat rationem subjectam iis, quæ præcellerunt, atq; præcesit dehortatio à contemptu Evangelii. 6. quia τὸ κριτικὸν, *judicativum* & *judicatorium*, optimè Verbo DEI prædicato convenit, ut diximus Exercit. Theolog. $\kappa\tau\sigma\kappa\epsilon\upsilon$. XIII. in Fund. III. 7. quia, quæcunq; hîc τῷ λόγῳ $\theta\epsilon\omicron\varsigma$ tribuuntur, in aliis locis Verbo DEI $\pi\epsilon\omicron\varsigma\Phi\omicron\rho\epsilon\mu\acute{\omega}$ à Spiritu S. assignantur. Nam *sermo DEI* dicitur *vivus* Joh. VI. 63. 68. Actor. V. 20. cap. VII. 38. Phil. II. 16. 1. Petr. I. 23. $\epsilon\sigma\tau\iota$ *efficax*, Eccles. XII. 11. Rom I. 16. 2. Cor. II. 4. *gladio* comparatur Es. XLIX. 2. Ephes. VI. 17. Apocal. II. 6. & quidem *gladio ancipiti*, Apocal. I. 16. cap. XIX. 15. dicitur $\kappa\epsilon\iota\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ Joh. XII. 49. &c. Nec obstat, quod versu immediatè sequente 13. subjicitur, *nullam creaturam esse invisibilem in conspectu autè, ejus, omnia nuda & aperta ipsius oculis*. Pronomen enim $\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$, ejus, non ad λόγον $\epsilon\gamma\lambda\omicron\varsigma\Phi\omicron\upsilon$, (hunc enim nemo illorum, qui hunc textum de λόγῳ $\pi\epsilon\omicron\varsigma\Phi\omicron\rho\epsilon\mu\acute{\omega}$ interpretantur, $\kappa\alpha\rho\delta\iota\omicron\gamma\omega\sigma\eta\upsilon$ dixit, ut falsò existimat *Heinsius*) sed ad DEUM, τὸ $\epsilon\gamma\lambda\omicron\varsigma\Phi\omicron\upsilon$ λόγῳ autorem, est referendum. Ostendit enim Apostolus hoc vers. 13. unde fit illa vivifica & efficax $\epsilon\upsilon\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\alpha$, quam Verbo tribuerat, nempe ex DEO, qui *corda & renes scrutatur* Psalm. VII. 10. Rectè *Piscator* in analysi hujus loci pag. 687. *Nec verò, inquit, alteram illam expositionem evincit coherencia versiculi sequentis; quum pronomen $\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon$ in illo bis positum, non sit necesse referri ad illum sermonem, cujus hîc fit mentio, quippe cum habeat in fine illius versus, quo referatur, videl. illa verba, $\pi\epsilon\omicron\varsigma\ \delta\upsilon\ \upsilon\mu\acute{\iota}\nu\ \delta\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$. Illud verò versic. 14. *Habentes ergò Pontificem &c.* non est collectio ex proximè præcedentibus deducta, sed regressio ad sermonem de summo Pontifice, longâ digressionem interruptum, cujus initium à v. 7. capituli III. ut benè observat *Chamier*, Panstrat. Tom. I. L. VI. de Can. c. V. n. XII. p. 77. Nota II. Quamvis Apostolus in specie exaggerare videatur vim & efficaciam Verbi illius, quod contempserant Israelitæ, utpote qui æterno suo exitio experti sunt, quam non fuerit res mortua & impotens, & quàm non potuerit impune contemni, generatim tamen de omni Verbo DEI, sive de totâ doctrinâ cœlesti vivificandi vim & efficaciam Apostolus hoc loco haud dubiè prædicat; Neutra igitur illius doctrinæ pars, hoc est, neq; lex, neq; Evangelium, inefficax est, & litera mortua, ut fanatica *Svenckfeldianorum*, & *Anabaptistarum* factio*

factio

factio blasphemat; Lex enim per se non est res mortua, sed viva Act. VII. 38. licet per accidens non vivificet, Rom. II. 3. & quamvis *littera occidens* appellatur 2. Cor. III. 6. hoc ipso tamen innuitur, non esse litteram mortuam, (quod enim occidit, non est mortuum) sed ad Impios & peccatores spiritualiter occidendos, & iræ divinæ, mortis & maledictionis reos coarguendos, maximopere vivam & efficacem, seu vi mortificandi præditam. Evangelium verò est *Verbum vitæ* Joh. VI. 68. *potentia DEI ad salutem* Rom. I. 16. Præclare *Autor imperfecti Operis* in Matth. hom. XLVI. *Omnia verba divina, quamvis rustica sint, & incomposita, viva sunt, quoniam intus in sensibus suis habent positam veritatem DEI, quasi sanguinem in venis inclusum, & ideo vivificant audientem.* Nota III. Hactenus subjectum, nunc attributa videamus; (1) adscribit Apostolus Verbo DEI ζῶν, *vitam ζῶν*, inquit, *vivus (est) sermo DEI*, h. e., non mortuus, aut invalidus, non littera mortua, non strepitus inanis. Dicitur autem sermo DEI vivus, non solum ratione effectus, quod vivificat corda nostra & accendit in illis fidem & motus spirituales, sed maximè ratione internæ formæ (propter δύναμιν ζωτικὴν) quia singularem vim & facultatem vivificandi à DEO inditam habet, uti supra ad dictum Christi Johan. VI. 63. annotatum, vel quia ratione sui formalis, scil. conceptus divini, vitam DEI continet, quam Deus seipsum communicando, illi indere & communicare voluit, uti dictum Exercit. κατασκευ. VII. Fundam. I. thes. 3. nota 2. (2) tribuit Apostolus Verbo DEI ἐνεργεσίαν, *efficaciam*, disertâ enim appellatione DEI sermo ab eo vocatur ἐνεργής, *efficax*. An autem hoc posterius (ἐνεργής) sit declaratio prioris (ζῶν) an verò vita sit antecedens quid & prius efficaciam, quæ ex illâ fluat, indagavimus supra loco jam allegato, nota 3. Hoc loco observandum, τὸ ἐνεργής dicere actuositatem ac intrinsecam & inhærentem, non verò adventitiam, sive in ipso usu & actu prædicationis vel lectionis demum ipsi forinsecus accedentem vim & facultatem, ad actus illuminandi, convertendi, sanctificandi, salvandi, itemq; mortificandi, convincendi, conterendi &c. producendos. Ἐνεργέω enim est *intus operor*, ita ut hoc Verbum semper involvat in subjecto operante intimam præsentiam causæ, vel principii operativi, vide Gal. II. 8. c. V. 6. Hinc argumentamur; Quicquid est de rei formâ & constitutione, id rei est inseparabile, perpetuum & necessarium;

farium; Vita & efficacia ratione primi actus vel efficacitatis est de
 divini Verbi ὁργανικῶς considerati, formâ & constitutione E. Propo-
 sitio est immotæ veritatis, Assumptum ex h. l. probatur. Item. Quic-
 quid est de rei formâ & constitutione, sive de internâ ejus perfectio-
 ne, id in humano demum usu non perficitur, nec per humani usus
 neglectum vel intermissionem immutatur. Nam τὸ esse rei non pen-
 det ab usu; Atqui vita & efficacia est de verbi divini forma & consti-
 tutione, sive de internâ ejus perfectione E. Hinc Theologi Jenenses in
 Censurâ pag. 186. Wir deduciren wieder M. Rathmannum, das die
 Schrift oder das schriftliche Wort Gottes auch vor unserm Lesen und
 Betrachten / als ein von Gott auferföhnes und kräftiges Mittel / die
 Macht und Licht zur Befehrung habe / das ist / Sie sey dienlich und tüch-
 tig (dergleichen von keinem andern Prophan-Buch kan gesagt werden)
 und von Gott hierzu geweiht / geschrieben und der Welt hinterlassen /
 und vorgestellet / das wir hierdurch sollen unterrichtet werden den Weg
 zur Seligkeit / und bekomme solche Krafft und Macht nicht erst aus un-
 serm oder von unserm oder unter unserm Lesen / anders nicht als wann
 sie zuvor für einen todten Buchstaben were zu halten / und würde erst a-
 ctuiret und mit der Krafft der Befehrung animiret / ausgerüstet und an-
 gethan / wann sie von uns unter die Hand genommen wird. (3) adscri-
 bit Apostolus Verbo DEI τομὴν καὶ μερισμὸν, sectionem, incisionem,
 divisionem anime & spiritus. Vim enim vitalem & efficaciam illam
 τὸ λόγος θεῶς Apostolus porrò declarat elegante similitudine, dum ait;
 quod sit τομωτερῶ ἢ ἑξ πᾶσαν μάχασθεν δισομον καὶ διικνούμε-
 νῶ ἄχει μερισμῶ ψυχῆστε καὶ πνεύματῶ, ἀεμῶν τε καὶ μυελῶν,
 penetrantior quovis gladio ancipiti, & percingens usq; ad divisionem a-
 nime & Spiritus, compagum quoq; ac medullarum. Comparat DEI Ver-
 bum 4. gladio, quod gladii simile in eâdem significatione habetur Es.
 XII. 2. posuit os meum, ut gladium acutum, docet Messias, inquit D.
 Heshusius Com. in h. l. pag. 448. Verbum suum fore efficacissimum &
 potentissimum & Ephes. VI. 17. vocatur Verbum DEI gladius Spiritus.
 Illo gladio percutiuntur & coercentur impii Es. XI. 4. inciduntur pra-
 væ cupiditates, unâ cum duritie cordis &c. β. gladio δισομῶ sive an-
 cipiti, gladius δισομῶ, seu duplicis oris est gladius duas acies, quasi
 duo ora habens, qui quasi utrinque mordet, quum utrinque sit acu-
 tus, confer Apocal. I. 16. cap. XIX. 15. Hebraicè חרב פיפיות gla-
 dius

gladius gemini oris, sive duorum orium i. e. acierum Psalm. CXLIX. 6. a-
 liàs, ut Judic. III. 16. & Proverb. V. 4. vocatur חֶרֶב פִּיּוֹת, sed in
 Psalmo citato geminatur prima syllaba, augendæ significationis cau-
 sa. Dicitur igitur Verbū DEI gladiis δις μῦθον seu oris duplicis, non quod
 amphibologiis fallacibus hominibus imponat, ut ὀλοξίας, Apollon
 sed quod nihil in eo obtusum sit, imò dicitur τοῦ ὠτέρος, magis acu-
 tus, magis secans, vel magis aptum ad secandum, quàm gladius, δις μῦ-
 θον vel ἀμφί μῦθον, ut denotetur magna vis & facultas ad inci-
 dendum, vulnerandum, penetrandum & tandem mortificandum et-
 iam durissima & pervicacissima hominum corda. Quid enim insolenti-
 tius, aut durius corde Pharaonis, tamen Verbum DEI ejus duritiem
 instar gladii δις μῦθον ita penetravit, ut sæpius deprecari manum DEI
 cogeretur. Infelix Felix, præses impius, à victo & captivo Paulo
 victus & concione ejus de justitiâ, continentia, & futuro judicio adeò
 commotus est, ut ἐμφοβῆται, metu percussus, perterritus, non posset
 ipsum audire diutius, Actor. XXIV. 25. Ninive, civitas quondam am-
 plissima, attonita stetit ad Verbum Domini, à Jona prædicatum,
 nullo ante judicio comota, nullis miraculis in præsens factis obstu-
 pefacta. Cum enim vix cepisset Jonas, quod jussus erat, proclamare,
 crediderunt Ninivita Deo, vel in Deum, & jejuniis indictis sacco-
 induerunt cap. III. 5. 6. 7. Rectè ad hunc loc. D. Tarnovius in Com. pag.
 103. *Elucet hinc, inquit, quanta sit Verbi divini efficacia, quod tam subitò
 & adeò immutat homines, ut vix cognoscas eosdem esse. Hisce Ninivi-
 tis paulo ante nemo erat magis profanus, magis improbus, aut magis in-
 credulus: illi verò per unam Jonæ concionem, aspirantē divinā gratiā tan-
 tum proficiunt ut in alteram partem, palmam possideant, rectè creden-
 do & piè vivendo.* Ex concione Petri in die Pentecostes ad Judæos
 habitā, orta est in animis auditorum primò κατάνυξις compunctio &
 contritio vera cordis, audientes compuncti sunt corde, inquit Lucas
 Actor. II. 37. deinde βήλευσις, consultatio, quâ rationem effugiendæ
 damnationis studiosè inquisiverunt, eamq; sibi à Petro & cæteris
 Apostolis monstrare cupidissimè rogarunt, dicentes; *Quid facie-
 mus viri fratres.* Deniq; ipsa conversio. Tria enim hominum millia
 ex unâ illâ Petri Concione ad cor ipsorum penetrante, verè ad Chri-
 stum fuerunt conversa v. 41. Observa hîc obiter, nonnullos inter-
 pretem existimare, voce δις μῦθον respectum hoc loco haberi ad Vet.
 & No-

& Novum Testamentum seu ad Legem & Evangelium, quod scilicet
 utraq; coelestis doctrinae pars ad secandum & penetrandum sit effi-
 cax. Hinc *Augustinus* inquit Lib. XX. de Civit. DEI cap. 21. *Sermo-
 nem DEI dicit Scriptura gladium bis acutum, propter aciem gemi-
 nam Testamentorum duorum.* Et B. *Aegidius Hunnius* Com. in h. l.
*Verbum DEI, ait, gladius est Spiritus Sancti, quod Verbum, ut par-
 tes duas, Legem & Evangelium, comprehendit; sic ex utraq; sua parte in-
 credibilem vim obtinet ad conscientias mortalium tum legis praedicatione
 sauciandas, tum ad easdem conscientias voce Evangelii rescuciendas,
 sanandas & vivificandas.* Nota IV. Quando porro inquit *Apostolus*,
 quod sermo DEI pertingat ad divisionem usq; animae, simul & spiritus,
 compagumq; & medullarum, eo ipso perseverat in metaphorâ sumptâ
 ab externo gladio, & figuratè indicat, Verbum DEI ad intima quæq;
 hominis, ad ipsum cor & animam ejusdem, ad intimos cordium &
 conscientiarum recessus suâ efficaciam pertingere & penetrare, nihilq;
 in homine tam esse abstrusum atq; reconditum, quod sermo ille vi
 suâ non rimetur atq; discutiat. Ex dictis pro verbi divini efficaciam
 ita concludimus; Quodcunq; Verbum est vivum & efficax, ma-
 gisq; acutum & penetrans, quam gladius *δυσωλ*, ad secandum
 alias aptissimus, & insuper penetrat ipsum hominis cor, animum &
 spiritum & ad quævis interiora ejus pertingit, illud non est litera
 mortua, sed divinâ vivificandi virtute, maximâq; agendi & pene-
 trandi efficaciam, intrinsecè, in se ac per se, ante & extra usum in-
 structum est, atque praeditum, nec demum vivum & efficax fit
 per elevationem Spiritus S. in suo legitimo usu; Sed verbum DEI
 juxta *Apostolum* est tale, E. Excipit *Cass. Movius* in Discursu Theo-
 log. F. I. pag. 2. *Autorem Epistola ad Hebr. loqui de Verbo DEI in usu,*
idq; probari ex ipso contextu, in quo Verbum DEI dicitur pervenire ad
*divisionem animae & spiritus, quae actio, inquit, Verbo DEI non compe-
 tit, nisi quando in legitimo suo officio constitutum est. Et quemadmo-
 dum Verbum DEI in usu penetrat instar gladii ancipitis, ita quoq;
 in usu tantum vim & efficaciam penetrandi habet.* Resp. 1. *Apostolus*
 his verbis significat actum secundum seu operationem Verbi divini,
 quæ actum primum, seu penetrabilitatem praesupponit. 2. *Confundit*
*Movius sophisticè verba sequentia cum antecedentibus; de ver-
 bis ζῶν ἡγήσασθαι, præcipuè quæstio est, non de subsequentibus,*
 quæ

quæ illustrationis gratiâ adducuntur. 3. Unde Movius exclusivam, quâ utitur, probabit? scil. DEI Verbum tantum in humano usu esse DEI potentiam, spiritum & vitam, *θεόπνευστον*, vivum, efficax, verbum vitæ, Spiritu S. animatum. Quid ergò Verbum DEI erit in se vel naturâ sui, præciso humano Verbi usu? Siccine DEI Verbum absolutè, in se, ratione internæ constitutionis vel primi actus non erit DEI potentia, spiritus & vita, *θεόπνευστον*, vivum, efficax, verbum vitæ &c. *Nota V.* Verbo DEI etiam in cordibus incredulorum & impiorum divina efficacia & operatio h. l. tribuitur. Nam respectu omnium etiam contumacium, (de quibus versu immediatè antecedente II.) dicitur *vivus, efficax, penetrans*. Et licet in eis vi suâ non producat actu effectum gratiosum & à DEO intentum, h. e. illuminationis, conversionis, sanctificationis, salvationis, (multis enim non prodest auditus Verbi, nec omnes per illum in requiem DEI introducuntur, quia scil. quidam per actualem ἀπειθεῖαν seu incredulitatem, gratiæ DEI in Verbo oblatae contumaciter repugnant, & vim illam Verbi prædicati impediunt, quo minus eis possit prodesse, & in requiem DEI ipsos introducere v. 2. & 6.) producit tamen in illis effectum punitorium, hoc est, fecat, ferit, vulnerat, concutit & mortificat dura & pernicacia eorum corda. Nam etiam si impii & contumaces pertinaciter Verbum DEI repudient, in corde tamen suo tales sentiunt aculeos, ac si quis gladio ancipite seu δισόμω aut utrinq; incidente, omnia interiora dissecet, confer Hebr. II. 12. cap. VI. 4. 5. 7. Nam per Verbum Spiritus S. arguit mundum de peccato Joh. XVI 8. & instar mallei concutit durissimas petras Jerem. XXIII. 29. Et uti est credentibus odor vitæ ad vitam, ita & incredulis est odor mortis ad mortem, 2. Cor. II. 16. Imò hoc loco Apostolus videtur non tam ad vitæ collationem, quàm ad ejus ablationem respexisse, quando Verbum DEI gladio utrinq; incidenti, sive bis acuto, (cujus non est vitam conferre, sed potius auferre) comparat, uti diximus Exercit. VII. loco allegato. *Nota VI.* v. 13. ostendit Apostolus, unde sit illa efficacia & intima quæq; hominis penetrandi vis, scil. non ex voce, aliave actione hominis, sed ex DEO, qui *renes & corda scrutatur*, Psalm. VII. 10. & *cujus oculis omnia nuda sunt & aperta*, Hebr. IV, 13.

V. Theseos nostræ Fundamentum desumimus ex 1. Petr. I. 23. ἀναγεννημένοι οὐκ ἐν σπορᾷ φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτῃ; Διὰ λόγον θεῶν ζώντων, καὶ μόνουτος εἰς τὸν αἰῶνα: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per Verbum DEI vivum & permanens in æternum.* Nota I. Subjectum h. l. est λόγος, & quidem λόγος θεῶν non ὑποστατικός, æternus DEI Filius, sed προσωποικός, ipsum scil. Evangelii Verbum, Thomas, Cajetanus, Fevardentius, Lorinus & alii Papistæ exponunt & de Verbo Christo & de Verbo Sacramentali & de Verbo prædicato. Aretius quoque, Doctor Calvinianus Comm. in h. l. per λόγον, hîc Verbum DEI ὑποστατικόν intelligit, ipse etiam Svenckfeldius more suo fanatico opinatus est, per λόγον hoc loco Filium DEI, designari, quem sequitur, ut solet, *Rathmannus*, ut mox videbimus. Ast (1.) licet S. Johannes, ut sæpius dictum, Christum, DEI Filium, vocet *Verbum DEI*, Johan. I. 2. & 14. 1. Epist. V. 7. &c. hoc ipsum tamen non est familiare aliis Apostolis aut Evangeliiis. (2.) Dicitur hoc DEI Verbum *Semen*. Quis verò unquam DEI Filium, seu λόγον ὑποστατικόν semen appellavit, idque χεπικῶς, respectu nostræ regenerationis. (3.) Testatur Apostolus, nos ex hoc semine, ut materiâ ex quâ, regenerari. Verum quis DEI Filium materiâ ex quâ, nostræ regenerationis esse diceret? (4.) Afferit quoque Apostolus, nos per hoc semen, ut divinum instrumentum seu potius medium regenerari. Id enim intendit præpositio Διὰ cum genitivo, Διὰ λόγον. Medium verò aut instrumentum nostræ regenerationis non est Verbum Christus, qui ejus est autor & operator, sed Verbum prædicationis Rom. I. 16. & X. 14. 15. 16. 17. 1. Cor. I. 21. 23. 24. (5.) λόγος θεῶν ζώντων ἐξηγήσεως causâ vocatur à Petro v. 25. ῥῆμα κηρύξας, quod est Evangelizatum in vos. Vox verò ῥῆμα nunquam de Christo, sed tantum de Verbo revelato, prædicato vel scripto usurpatur. *Damascenus* in disceptatione Christiani & Sarraceni statim ab initio, Oper. fol. 587. Ego, inquit, *unum solum Verbum DEI confiteor increatum ens; omnem autem Scripturam non dico λόγος, i. e. verba, sed ῥήματα DEI, i. e. sermones DEI.* (6) Idem probatur ex parallelis Scripturæ locis, Luc VIII. 11. *Semen est Verbum DEI.* Jacob. I. 18. *Voluntariè genuit nos Verbo Veritatis.* 1. Cor. IV. 15. *In Christo Jesu Διὰ τῆς Διακείας per Evangelium ego vos genui.* Idem ergò est λόγος θεῶν, per quem fideles Asiatici re-

geniti

geniti fuerunt, cum Evangelio, per quod Apostolus Corinthios in Christo Jesu genuit. Accedit (7.) consensus tum venerandæ antiquitatis, tum omnium ferè Interpretum & Commentatorum in h. l. qui ad unum omnes, λόγον hîc de *λογος*, h. e. Verbo Evangelii de Christo, Asiaticis ab Apostolis prædicato, quodq; ipsi jam receperant, exponunt, si nonnullos Papistas, & Calvinianos, supra allegatos, itemq; Svenckfeldium & complices excipias. Malè igitur Rathmannus h. l. de essentiali DEI Verbo exponit, in der *Väter beständigen Lehre* pag. 109. & 112. cum antea in Præfat. des *Zugendspiegels* membr. 3. item in *Snadenreich* pag. 118. & 124. orthodoxè de *λογος* *λογος* intellexerit. *Movius* circa hunc locum Petrinum ita scribit, in chartâ suâ diffamatoriâ (contra D. Behm.) N. ij pag. 2. *Der fromme Leser wolle mercken / daß 1. Pet. I. 23. Gottes Wort von dem unvergänglichen Samen ausdrücklich unterschieden werde / Sed quodnam semen incorruptibile aliud fingi potest, præter DEI Verbum? & absurdè Movius hac in parte contradicit Verbis Servatoris nostri, Semen est Verbum DEI, ὁ λόγος τὸ θεῖον. Luc. VIII. 11. Rectè D. Menzerus in primâ suâ disputatione Anti-Pistoriana de S. Scripturâ th. 76. 77. inquit; *Ad præsentem Petri locum, quid potest dici nervosius pro internâ illâ vi Scripturæ S. verbis illis Apostolicis, quibus S. Petrus asserit, regeneratos nos esse ex semine incorruptibili. Certè Apostolus ipsum DEI Verbum appellat incorruptibile Semen. Nota II. Assignantur huic subjeçto certa attributa. Hunc λόγον enim vocat Apostolus 1. Semen incorruptibile, illudq; declarat ex oppositione seminis corruptibilis, inquit, nos regeneratos esse ex semine non corruptibili sed incorruptibili. Per semen corruptibile, cui Verbum DEI tanquam semē incorruptibile opponitur, intelligunt aliqui semen frugū, cui ipse Salvator Verbum DEI assimilat Matth. XIII. 24. Marc. IV. 26. 27. 28. Luc. VIII. 4. B. Lutherus verò exponit de semine humano Tom. II. Jenens. Germ. fol. 333. b. Si vetus nativitas est ex semine, etiam novam nativitatem oportet esse ex semine. Semen illud non est caro aut sanguis, sed æternum DEI Verbum. Quo pertinet notus versiculus; Nos sumus in verbo, velut embryo clausus in alvo. Quemadmodum enim infans in utero materno concipitur, nascitur ac gestatur; sic per Verbum spiritualiter nascimur, & in Verbo portamur. Es. 46. v. 3. & 4. Neq; verò Verbum est tantum spiritualis alvus, in quâ fovemur.**

sed etiam semen, ex quo spiritualiter renascimur. Hæc B. Gerhardus in Com. ad h. l. pag. 137. Semen hoc est incorruptibile causaliter, inquit Jac Tirinus Jesuita Com. in h. l. quia hominem, quem regenerat, facit incorruptibilem Job. 3. v. 5. & supervicturum in æternum. In quo sanè plurimum differt hoc semen divinum à semine humano & terreno, ex quo nihil nisi caducum, corruptibile & mortale progignitur quod instar fœni Es. 40. v. 6. & Ps. 101. v. 12. & flosculi vix natum moritur, conturbescit & exarescit. Paria affert Jac. Laurentio, Theol. Calviniano Com. in h. l. Verbum, ait, vocat semen incorruptibile, ad discrimen seminis humani, siue generationis naturalis, tum etiam seminis frugum, segetum, herbarum, arborum, quod utrumq; verè & per se est caducum, atque corruptibile, Verbum autem DEI manet in æternum. B. D. Gesnerus in explicatione Loci 2. Timoth. III. 16 inquit; Si DEI Verbum semen est incorruptibile & semen ad generandum aptum, necessum est, ut sit animatum & quidem æternâ virtute. 2. Appellat Apostolus λόγον, seu sermonem DEI, ζῶντα vivum. In Græco constructio est ambigua, Ἀπὸ λόγου ζῶντος & Θεοῦ. Et referri potest, vel ad Deum, vel ad Verbum DEI. Unde Vulgata reddidit; per Verbum DEI vivi, quam tamen versionem correxit Osiander in Bibliis, per Verbum DEI vivum, ex aliis versionibus ferè omnibus. Ita habet quoq; Syrus, in suâ paraphrasi. Et ipse B. Lutherus in versione suâ Germanicâ non ad Deum sed ad sermonem refert, textum græcum ita reddens; durch das lebendige Wort Gottes. Hancq; constructionem retinendam esse suadent sequentia α. Seminis ἀφ' ἑαυτοῦ. Verbum illud, ex quo fideles Asiatici erant regenerati, est semen ἀφ' ἑαυτοῦ, ergò & ζῶν. Nam semen esse ἀφ' ἑαυτοῦ & internam in se non habere vitam, ἀντιφατικῶς dicitur. Naturale semen licet ἀφ' ἑαυτοῦ sit, in se tamen vitam habet, antequam corrumpatur. β. Immediate sequens comparatio) ex Esaiæ XL. 6 7. 8. desumpta: Quia omnis caro, ut fœnum, & omnis gloria ejus, tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos ejus decidit v. 24. Componitur enim Verbum DEI cum carne, & omni gloria illius, quod omnis caro cum gloriâ suâ, ut fœnum exarescat, Verbum autem Domini evangelizatum in æternum maneat. γ. Adjecta apostolica descriptio. Verba sub finem vers. 23. μένοντα εἰς τὸν αἰῶνα expressè ad ῥῆμα Θεοῦ referuntur v. 25 ῥῆμα κενεῖς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ergò λόγος Θεοῦ est ῥῆμα κενεῖς. Hinc Piscator ad h. l. inquit; Et nostram versio-

hæc

nem confirmat. Splanè postulat testimonium, quod mox affertur ex E-
 saia, ubi habetur; Verbum Domini manet in æternum. Participia i-
 gitur ista; ζῶντες & καὶ μένουσιν conveniunt hic non cum nomine Θεῶ,
 sed cum nomine λόγος. Quod si participium ζῶντες conveniret cum
 nomine Θεῶ, sic potius verba ordinasset Petrus; Ἐκ λόγος Θεῶ ζῶντες
 (Legitenim Piscator, Ἐκ λόγος ζῶντες Θεῶ, καὶ μένουσιν εἰς τὴν
 αἰῶνα.) δ. *Locorum parallelorum collatio.* Vivum esse tribuitur DEI
 verbo Hebr. IV. 12. ζῶν ὁ λόγος τοῦ Θεῶ καὶ ἐνεργητής. Act. VII. 38.
 Μωσὴς ἐδέξατο λόγια ζῶντα, δέναί ἡμῖν. *Moses accepit eloquia viva,*
ut traderes nobis. Joh. VI. 63. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά
 ἐστὶ καὶ ζωὴ ἐστίν. ε. *Syriaca Versio*, quæ ita habet; *Regeniti estis per*
sermonem vivum DEI, qui manet in æternum. Ubi posterius partici-
 pium ad DEUM quidem referri videtur, prius tamen ad sermonem
 referri nulla veritatis specie negari potest. Hæc autem vis & vita
 Verbi divinitus ordinata est ad hominem non tantum externè infor-
 mandum, sed & internè illuminandum & vivificandum. Et sanè par-
 ticula ζῶν non tantum ad *actus secundum*, quàm ad *actum primum* vitæ notat,
 propterea etiam à B. Luthero vox illa translata est, ein lebendiges
 Wort / verstehet das an sich für sich actu primo levet. Verbum ergo
 πρῶτον actu primo, vel ut ipse *Pareus* loquitur, ratione *internæ*
formæ vivum est, propter singularem vitæ vim in Verbo vi divinæ or-
 dinationis reconditam. Hinc sequentia deducimus *περίσματα*: Vir-
 tutem & vitam Verbo divinitus communicatam eidem non esse ex-
 trinsecam vel ἑξωτερικὴν, sed maximè intrinsecam, non separabi-
 lem, sed inseparabilem, non χρονικὴν & momentaneam, sed perpe-
 tuam, non contingentem, sed necessariam, ex necessitate divinæ or-
 dinationis. Quicquid enim est de ratione internæ formæ, vel inter-
 næ perfectionis, id rei maximè intrinsecum est, inseparabile, perpe-
 tuum & necessarium; Vita divino Verbo est de ratione internæ for-
 mæ vel internæ perfectionis E. Vel; Quicquid est de rei definitione,
 illud est de rei quidditate & consequenter intrinsecum, inseparabi-
 le, ad internam perfectionem pertinens: Si Verbum DEI est semen
 incorruptibile & semen ad generandum aptum, necesse est, ut sit a-
 nimatum & quidem æternâ vi & virtute, quæ soli Spiritui S. compe-
 tit, unde etiam Verbum ipsum est vivum & manet in æternum, ut hoc
 loco & apud Esaiam dicitur. *Nota III.* In hujus Petri loci resolu-
 tione

tionem respiciendum denique est ad *Verbi divini effectum*. Testatur enim Apostolus, Fideles Asiaticos ex Verbo Dei, ut incorruptibili semine ἀναγεννημένους, regeneritos esse. Nequaquam verò h. l. aliquis cum Nicodemo intelligat secundam quandam generationem ac nativitatem corporalem seu naturalem, sed spirituales, quæ est interna quædam sanctificatio diciturque cum hinc tum alibi in Scripturâ regeneratio sive renascentia, quia sequitur primam seu naturalem. Tantæ scil. virtutis & potentia est divinum Verbum, ut hominem, *carnem & sanguinem*, Joh. III. 6. 1. Corinth. XV. 50. regenerare possit ad alteram vitam, & ex filiis in natura Eph. II. 3. facere filios gratiæ, adoptionis & lucis. Verè omnia sanctificantur per Verbum DEI. Tim. IV. 5. Argumentamur itaq; ex hoc loco Petrino pro efficacia Verbi divini, hunc in modum; Quodcunque Verbum est *semen vivum & incorruptibile*, ut ex eo regeneremur omnes, illud intrinsecè, in se & per se vitâ, ac vi regenerandi divinâ præditum sit, oportet. Sed Verbum Dei est semen vivum &c. E. Sive itaq; jam in omnibus regeneratio sequatur, sive minus, sive adhibeatur V. D. in usum, sive non, manet tamen intrinsecè vivum, & vi regenerandi divinâ præditum.

VI. Fundamentum thesæ nostræ subministrat nobis S. Jacobus c. I. v. 21. Ἐν πραότητι δεξασθε τὸν ἐμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. *In mansuetudine suscipite Verbum insitum, quod potest salvare animas vestras.* Nota I. per λόγον ἐμφυτον hoc loco non intelligitur Ratio naturæ hominis implantata, sive naturale Rationis ac mentis lumen, quod, quid agendum, fugiendumq; sit, ducere naturâ præscribit, ut explicat Oecumenius Com. in h. l. Nam loquitur Apostolus de tali λόγῳ, quem in mansuetudine suscipere possunt fideles. Rationem verò suscipere non possunt, cum eam vi creationis acceperint. De tali λόγῳ, qui potens est salvare animas nostras, sed Ratio mortalibus indita salutem efferre nequit. De tali λόγῳ, cujus non auditores sed factores esse debemus v. 22. de λόγῳ ἀληθείας, seu verbo veritatis, per quod Deus nos regenuit, quæ omnia in Rationem humanam non quadrant. Nec λόγος ἐμφυτος est Filius DEI, λόγος ὡσαπκός, seu Verbum personale, quod naturæ humanæ per incarnationem insitum est, ut exponit Anselmus in enarratione de transfiguratione Christi Luc. XVII. fol. 140. a. Tomo I. Oper. ubi inquit, *Jesus verò, id est, Salvator & salutaris, est sermo Evangelicus,*

angelicus, de quo dicitur: suscipite Verbum insitum, quod potest sal-
vare animas vestras). Concilium Vienneuse, & Suenckfeldium (qu non
solum hunc locum, sed & omnia reliqua dicta de Scripturæ efficacia
agentia malè & ἀπαιδέτως explicat de Verbo ὑποσητικῶ) quæ ex-
positio Balib. Paes, Monacho Lusitano Comment. in Epist. Jacobi
ad h. l. pag. mihi 236. & 237. probabilis est. Cum nos potius dicamur
inberi Christo. Christus enim est vitis illa vera, & nos palmitas in i-
pso Joh. XV. 15. arbor vitæ, cui nos, quasi rami vel furculi inserimur,
ut ab eo vitam, succum & vigorem gratiæ sugamus Rom. VI. 5. 1. Joh.
IV. 16. Rom XI. 17. ut taceam, usum vocis λόγος pro λόγῳ ὑποσητι-
κῶ soli Johanni in N. T. esse usitatum & peculiarem, reliquis verò
Evangelistis & Apostolis non frequentatum, ut sæpius diximus, sed
λόγῳ ἐμφυτῳ est Verbum, quod per prædicationem Ministro-
rum velut bonum semen cordibus nostris inscribitur & quasi im-
plantatur. Ministrorum enim operâ Verbum DEI animis hominum
inserirur juxta illud Apostoli 1. Cor. III. 6. *Ego plantavi, Apollo riga-
vit, sed DEUS incrementum dedit.* Sicut autem semen corporale tran-
sit in naturam geniti & verè fit ἐμφυτον, quasi ingeneratum; sic Ver-
bum DEI, semen illud spirituale & incorruptibile, per quod in spem
vitæ æternæ renascimur 1. Petr. I. 23. manere debet in renatorum cor-
dibus, ut eis verè sit ἐμφυτον & congenitum, sive insitum. B. D.
Brochmand paulò aliter hoc vocabulum explicat in Com. h. l. scil. do-
ctrinam Evangelii esse ἐμφυτον & aptam, quæ salvet animas nostras,
quando non hæret in lingua, in labiis, in cerebro, sed crebrâ meditatione
& usurpatione & divinâ εὐλογία, ita transit in naturam nostram, ut in
universâ nostrâ vitâ, sermonibus & actionibus vis & valentia doctrinæ
se prodât. Hæc ille. Verbum itaque, quod debemus in mansuetudi-
ne suscipere, (en modum receptionis,) Verbum veritatis, per quod
nos DEUS regenuit, v. 18. Verbum, cujus non auditores tantum sed
& factores esse debemus v. 22. hoc est Verbum Evangelii, de quo
Paulus ait; *Hoc est verbum fidei, quod prædicamus* Rom. X. 8. & Petrus
I. Epist. I. 25. *Hoc est Verbum, quod evangelizatum est in vobis. Nota*
II. Verbo huic per prædicationem insito adscribit Apostolus saluta-
rem illum effectum, quod possit *salvare* h. e. ad æternam salutem
perducere animas nostras. Sic Act. XI. 14. Verba, quæ Petrus ad Cor-
nelium

melium factus erat, vocantur verba per quæ ipse servandus esset, & tota eius domus. *Animas* autem dicit pro ipsis *hominibus*, per synecdochē partis pro toto in Scripturâ familiari, vide Gen. XII. 5. Actor. II. 41. & VII. 14. Rom. XIII. 1. & alibi passim. Vel animabus tribuit salutem per excellentiam, sicut Petrus, ubi nominat *salutem animarum* 1. Epist. I. 9. Sic Christus *anime damnatum* appellat, quum quis damnatus æterna morte Matth. XVI. 25. Quibus tamen loquendi formis corpus non excluditur. Habet verò Verbum DEI $\epsilon\mu\phi\upsilon\tau\omicron\nu$ vim & facultatem salvandi animas in se consideratum, non tantum, quando in prædicatione & applicatione spectatur, hoc est, *divat* & est sermo DEI salvos nos reddendi, sive nos illam potentiam agnoscamus & fide percipiamus, sive secus. Confer. 1. Cor. I. 18. actu verò non salvat, nisi fide susceptus. Sicut enim granum tritici in se vim germinandi habet, sed actu non germinat, nisi terræ sinu receptum, sic Verbum Evangelii in se vim & facultatem salvandi habet, actu tamen non salvat, nisi fide receptum.

Johann. XVII. 17.

Sanctifica nos, Pater, in veritate tua, Sermo tuus veritas est!



Coll. diss. A. 211, misc. 6